B. c. 363 | 63a

Gregorius, P.

syntaxis

mit:

„Comment. in

prolegomena"

Bc 363

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-185143059-12/fragment/page=0002

COMMENTARIA IN PROLOGOMENA SYNTAXEωN MIRABILIS ARTIS,

Per quam de omnibus disputatur habetúrque cognitio.

Authore P. Gregorio Tholosano, iuris ciuilis in academia Cadurcensi professore.

***



LVGDVNI,
APVD ANT. GRYPHIVM.

M. D. LXXV.

Cum Priuilegio Regiæ maiestatis.



CLARISSIMO VIRO

vndiq; absoluto, Nicolao à Bauffremōt' baroni & domino à Senescey, equiti Regio torquato, & à secretis regis cōsiliario dignissimo, magno Galliarū domúsq; regiæ prætori, necnon balisuo Cabilionēsi, &c. P. Gregorius, in Cadurcensi academia iuris Cæsarei publicus professor. S. D.



Vum typis excudi curarem syntaxes artis mirabilis, Illustriss. didici nō tā ex relatione uirorum doctiorum, quantum ex tui ipsius colloquio, inter proceres heroésque aulicos, te singulari quadam musarum familiaritate, & bonarum artium præstantia, ut luna pollet inter ignes minores, multis præclarissimis uiris anteire. Mirum quid m primum & ferè incredibile uisum, hominem tot negotijs occupatum, curisq; grauioribus reipub. implicitum, literarum studijs & scientiarum labyrinthis uel

aliquantulam impendere posse operam: tandem tamen, admonitus fui, quod cum maiori admiratione admirationem sustulit, te quus genio cæteri dant horas, musis & literis consecrasse, & à bellorũ strepitu defessam mentem, solitum continuata lectione reficere: ad hæc, tanto ingenij dotatum acumine, ut quæ alij, uelut sortis dissimilis seiungunt, ob laborem qui seorsum totum uidetur deuorare hominem, possis exiguo tempore, & leui molestia, unà pertractare. Quamobrem cùm ob id, tum ob tuam in uiros literatos humanitatem, qua etiam me dignatus es, decreui hosce primos in artem nostram commentarios, qui tunc cùm te noui etiã prælum expectabant, oculis tui perpoliti ingenij subijcere, sperans, si tibi probentur, eo magis à ceteris eruditis probandos: neque parua laus mihi accedit, magnis placuisse uiris. uellem autem, eorum munus eo suscipias animo, quo is qui tui est obseruantissimus, offert. Vale. Lugduni, pridie Non. Nouemb. 1574.

Εἰς Μοῦσαν περὶ λαμπροτάτου καὶ ἐπισημονικωτάτου ἀνδρὸς Γέτρου Γρηγορίου, ᾠδή.

Στροφή.

Μοῦσα παρνήσου τὸ ἄκρον
Ναιετῶσ' οὖρος, πνοῦσα
Ῥεῖθρα πηγῆς κασταλίης
Ἴθι δεῦρο, καὶ ἐμοὶ
Νῦν μέλος ἡδύλογον δὸς, κῦδος αἰνεῖν
Οὕνεκα Γρηγορίου ἐσθλὸν δυναίμην,
Ἔργον ἐστὶν, οἶδα καλῶς,
Σφόδρα μὲν ἀργαλέον, τὸ σέλας
Φῶς τε λαμπρὸν εὐρυχώρου
Γαλλίας, ὡς χρὴ, ἐπαινοῦς.

Ἀντιστροφή.

Ἀξίους ῥαίνειν, ὃς ἐντὶ
Ταῖς ἐπιστήμαις μέγιστος
Ἡ δὲ θαυμαστὸς τελέθει
Ξυνετοῖσι τοῖς βροτοῖς.
Τῶν νομικῶν δὲ κρατεῖ τῶν νῦν ἁπάντων
Ἡ δὲ παλαιοτάτων, ὡς ἡλίοιο
Ἀστέρας φάος σκοτίζει.
Τίπτε ἀτὰρ γλυκύτητα λέγειν
Καὶ μεγίστην ἀγχίνοιαν
Λανθάνω αὐτοῦς, τὸ ἔργον.

Ἐπῳδός.

Τοῦτον με βάρος βάρυνε
Λίην, ἂν ἐμοὶ
ὡς δύνῃ οὐκ ἐπικουρεῖς.
Ταῦτ' ἐγὼ λίσσων τότε.
Φωνῆς ἄκουσα παρθένου
Μούσης λεγούσης τόδε ῥῆμα.
Εἰ κενὸν βούλῃ ἐμεῖο
Τὴν βοήθειαν, μάτην
Τὸν Γρηγόριον κελαδεῖν,
Ὁ σθ' ἕως συντάγμασι
Γλώσσα τε δόξης τυγχάνει σφόδρ' ἀσπέτου.

Πέτρος Γέραρδος Βάξις.

IN LIBRVM PETRI GREGORIJ, eruditissimi Iurisconsulti, Epigamma.

Gregorius miraclum orbis, lumenq; coruscum,
Maximus in sophia, iuris & arte virûm:
Gregorius peperit quem clara Tolosa, Garumnæ
Ob cuius famam lata fluenta tument:
Gregorius librum hunc nocturnis atq; diurnis
Perfecit studiis tempore in exiguo.
Quo lumen iuriq;, aliis atq; artibus adfert
Conspicuum ingenij dexteritate sui.
Qui cupis ergo aliquid non tritũ addiscere, cultũ
Et lepidum assiduo hunc volue labore librum:
Hic etenim veterũ tibi erit vice, Lector, & instar
Illorum quos nunc rumor ad astra vehit.

In eundem.

Phœbus vt exoriens, curruq; è gurgite Atlantis
Extollens, tenebras, lucidaq; astra fugat:
Sic liber hic fulgore suo compluribus olim
Doctorum scriptis quæ viguere nocet.

Petrus Gerardus Vaxis Cadurcus.

PETRO GREGORIO IVRIS professori apud Cadurcos consultissimo.

Si cultura dedit Graiæ Latiæq; camœnæ,
Vt veræ sophiæ dinumerentur opes,
Phœbe, lyræ pudeat, lauro nam cingere crines
Hæc, Gregori, tua pagina sola potest.
Hoc illo maior, diffundens vindice fato,
Promerita ingenij flumina viua tui.

Io. Bapt. Bellaudus.

IO. MATTHÆVS TOSCANVS ad Lectorem.

Cùm iam Scæuola, cùm Papinianus,
Cùm Paulus, Iabolenus, ac trecenti,
Quos longum numerare sit, Quiritum
Euoluant, referentq; iura chartis
Doctis scilicet, & laborioſis:
Quid noſce expediat nouum libellum
Quæris materia refertum eadem?
Illud Gregorij docet libellus,
Quod non Scæuola, non Papinianus,
Non Paulus, Iabolenus, aut trecenti:
Qui doctum faciunt modò, & peritum
Iuris diſcipulum: pium, bonumq;
Fingit Gregorius, Deoq; gratum.
Quò plus eſt igitur pium, bonumq;,
Quam iuris vocitarier peritum,
Hoc plus Gregorij dabit libellus,
Quàm det Scæuola cum Papiniano.
Dum Paulo Iabolenus, ac trecenti.

באורך נר נר את־אור

ELENCHVS CAPITVM horum Commentariorum.

***

Cap. 1. De omnibus posse disputari, & omnium cognitionem quandam haberi.
2 Esse debere aliquam artem generalem adhuc docetur.
3 Quid sit ars nostra magna.
4 De potentia & actu.
5 Quo pacto in homine, scientiæ generalis semina potentia insita sint, cur'ue alij alijs doctiores: & unde animalibus quædam cognitio.
6 Rationes adferuntur cur nõ omnibus cognoscendi eadem facultas, cur diuersi nõ similia sciant.
7 De uiris illustribus, qui de omnibus disputandi artem professi sunt.
8 Cur tantopere rerum cognitione homo delectetur.
9 Rursum à dignitate luminis alia ratio.

10 Scientiam nobis ſubminiſtrare etiam conſcientiam.

11 Ratio alia, cur diſcere expediat ducta ab eo, quod ſe homo noſce debeat: & aliæ.

12 De medijs & modis diſcendi & ſcien= di præter communem ordinem & humanum.

13 De gradibus quibus perficitur uia ordi= naria.

14 De ſenſuali cognitione, & unde error ex ijs quæ per ſenſus cognoſcimus.

15 De phantaſia, cogitatione, ratione, mente.

COMMENTARIA In prologomena Syntaxeων artis mirabilis.

***

De omnibus posse disputari, & omnium cognitionem quandam haberi.

CAP. I.

PRINCIPIORVM principio inuocato, atque artium, scientiæ, & bonorum omnium largitore placato Deo, suffragiis Deiparæ sanctissimæ, & aliorum piorum cælitum accitis; moneri, expedit, initio, Deum optimum maximúmque, cunctorũ creasse rerum thou & bahu, materiam scilicet & formam, ac vniuersi ornatum: Vltimum autem creationis sex dierum opus fuisse hominem: vt omnium, quæ in cælo quæue in terra naturam & vim, in vnam veluti epitomem referret eximiam, non secus ac periti artifices,

ces faciunt, qui totius operis molem prius mente agitant partibúsq; conuenientibus distingunt, deinceps reipsa, consummatũ in lucẽ educũt opus. Vt non immerito in hoc homine & cœlestia, inuisibilia, & terrena, & visibilia, quæ ue ex his componuntur, quodammodo naturam propriam recognoscant, eique vt affini & cognato inseruiant, sicuti latius, cùm de homne tractabimus, Deo inuante explicabitur. Quod in primis persuadere potest, omniũ rerũ cognitionem homini esse necessariam, quin etiam illi fuit imperatum seipsum nosse: & Moses olim quemque sæpe admonuit his verbis, attende tibi. Quæ quidem sui notitia, est rerum omniũ absolutissima disputatio, per quam paulatim & perfectiori certiori ve ordinato tramite, ad Dei notitiam perueniamus, & si illa sit perdifficilis, quãdiu corporis huius pondere & vinculis deprimimur. Corpus quippe, vt ait Salomõ, quod corrũpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio, deprimit sensum multa cogitantem, ex quo homo in turpe prolapsus delictum, contumax legi impositæ de non edendo fructu, ligni vitæ, caliginem ignorantiæ subiuit, vt nec minimum quidquis planè cognoscat: & quod anteà infusa cognitione perfectè nouisset, nunc nõ nisi

a Sap. 9. d.

summo

ſummo cũ labore diſcere, idq; imperfectè, &lippis oculis cernere poteſt. Proinde lucubrationes & vigiliæ, quæ in ſtudia impẽduntur, ab Eccleſiaſte [b] dicuntur nomine occupationis peſſimæ. Et propoſui, inquit, in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus, hanc occupationem peſſimam, dẽdit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Additq;, quod in doctrina & ſapientia, prudentia ſtultitiáque dignoſcenda, nihil aliud verſetur quàm labor & afflictio ſpiritus: atque in multa ſapientia, maximam eſſe indignationem: & addentem ſciẽtiam, addere laborem. Quãobrem, in hac parte egemus neceſſariò arte aliqua & methodo, alioquin non poſſumus à tam implexo labyrintho nos explicare, nec quæſtionem propoſitam diuo Ioanni Baptiſtæ à Iudæis diſſoluere. [c] Tu quis es? Porrò ſi ignoras te, ô pulcherrima anima inter mulieres, hoc eſt, inter alia opera Dei, egredere & expergiſcere à graui ignorantiæ ſomno, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, contemplare, inquam, ordinẽ rerum creatarum, in quibus diſces rationẽ tuæ præſtantiæ, admirabilem rerum nexũ, altitudinem & profundum ſcientiæ & ſapientiæ incomprehenſibilis demiurgi vel architecti omnium Dei, vt admonet Salomon.

[b] Eccl. 1.

[c] Ioan. 1.

lomon. d Sic proprium dicitur hominis
scire per causas, quas quidem probè cogno
d Cāt. ca. 1 scemus si nos ipsos perfectè cognouerim⁹.
Quod vt assequamur, nobis explicāda mul
tis ante seculis incognita ars, certis legibus
& præceptis concludenda erit. Verū antè
remouendus est vulgi erroris scrupulus,
dum nouum putant & ferè inauditum, ar-
tem & sciētiam aliquam esse, qua in omni-
bus erudiamur, & per quā ratio de omni-
e Eccl. c. 1. bus aliqua reddi possit. Cùm scriptum sit, e
Cunctæ res difficiles: nō potest homo eas
explicare sermone. Et rursum, ego Eccle-
siastes fui rex in Hierusalem, & proposui
in animo meo sapienter inuestigare de o-
mnibus quæ fiunt sub sole &c. Vidi cun-
cta quæ fiunt, & ecce vniuersa vanitas.
f li. 2. hist. Addit Plinius f, omnium rerum posse ad-
nat. ca. 12. ferre causas, non minus mirum esse, quàm
g In carm. constare in aliquibus. Et Virg. g.
de Aethna.

Quæ mortali spes est, quæ amentia maior,
In Iouis errantem regno perquirere velle.

Suffragatur Saluius Iulianus, cognomen
to Seuerus, Mediolanensis iuris peritissi-
mus, Iaboleni discipulus, qui inter respon
h l. non o- sa, frequentatum illud edidit h tritum apud
mniū. l. 19. iuris vtriusque studiosos. Nō omnium quę
de legibus à maiorib. nostris constituta sunt, rationem
lib. 1. Pād. reddi posse. Sum aliorum testimonia qui
tit. 3.

subscri

subscribunt huic sententiæ, non tam excusandæ ignorantiæ gratia, quàm, quia ita rerum experientia cognouerint, serio de rebus diuinis philosophati: docuerũtq; mortalium cognitionem, ad illum conscendere gradum nõ posse, vt omnia Dei opera imo nec minima possit plene indagare. Et, tanquam curiosam & extra cancellos infirmitatis humanæ, discendi nimiam cupiditatẽ, potius mortalibus, inutilem & noxiã, procul ablegauerunt. Suadet & ratio quæ eum qui nõ inuenerit omnium causam moneat & cogitare debere se hominem esse, Deo ipso sine proportione inferiorem, Deique ad mensuram sapientiæ participem, nõ illi æqualem, non similem: tantoque Dei cognitione minorem, quanto excellentia naturæ eius vincitur, & limitatam cùm habeat & circumscriptam naturam cognitionis infinitæ nõ esse capacem, vt doctè scribit D. Irenæus i. Accedit non tantùm vanũ esse cognitioni rerũ omniũ se immiscere, sed & impium de aliquibus disputare velle: veluti de Dei essentia incompræhensibili, dogmata velle ratione humana explicare: non aliter quám si quis vellet mare omne cribro cõcludere: globum vniuersi pugno constringere: Cùm finiti ad infinitum nulla sit proportio. Stultè omnino hæc proculdubio

i Lib. 2. cõtra Hære. cap. 43.

dubio videtur quis moliri, ſtulti[9] autē creaturam cum creatore de cognitionis ſimilitudine certare, dignúmque potius diuina animaduerſione & vindicta, ſcrutator enim diuinæ maieſtatis, opprimetur ab ea. Nec bonum eſt multum mel comedere: vt habetur in Prouerbiis hagiographis.[k] & omnis beſtia quæ tetigerit montem, ſcilicet celſitudinem Dei, lapidabitur: vt ait Deus in Exodo [l]. Sed neque ratio reddi poteſt, nec expedit quidem, de omnibus myſteriis actibúſve diuinis. Incompræhēſibilia enim ſunt iudicia Dei: quod D. Paulus [m] admonuit, dum raptus ad tertium vſque cœlum ingenuè profeſſus eſt, ſe ibi diuina & arcana audiuiſſe, quæ non liceret hominibus eloqui, vt multò magis non liceat de his rationem veluti de dubiis reddere: cùm diuina, veluti indubitata credi debeāt & non agitari. Ideo idem D. Paulus, animo voluens ſupereminentē Dei eſſentiam, totus in admirationem raptus, exclamat [n]. ô altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ Dei, quàm incomprę henſibilia ſunt iudicia, & inueſtigabiles viæ eius: quis enim cognouit ſenſum domini! aut quis cōſiliarius eius fuit! hoc & Moſes, iuſſu oraculi erigens tabernaculū Deo, figuris inuolutè explicauit, [o] dum duos cherubinos ad latera propitia-

torij

k Prouerb. cap. 25. d.

l Exod. ca. 19. c.

m 2. ad Corin. ca 12 a

n Ad Roman. 11.

o Exod. 25. b.

torij adiecit,qui expãsis alis velabant oraculum:Et Ieſaias, p Seraphin dixit in throno altiſſimi, velare alis faciem & pedes domini:indicantes per hæc adita, incomprehenſibilem Dei maieſtatem eſſe. Diuus etiam Ciryllus archiepiſcopus Hieroſol. q proprietates,inquit, Dei eloqui non licet, nec poſſumus:Et in his quæ de Deo dicuntur,hæc maxima ſcientia eſt, ignorantiam fateri.Magnus item ille Baſilius Cæſarienſis epiſcopus,r docendo Dei proprietates, eas eſſe ait humano ingenio incomprehenſibiles,& arrogantiam ſummam de illis diſputare:quæ rurſum alibi repetit,s Idq; ob noſtram mentis infirmitatem. Vnde & Dionyſius Areopag.teſtatur,t non eſſe poſſibile aliter illucere diuinum radium nobis, niſi per varietatem velaminum ſacrorum anagogicè circumuelatum, & niſi prius ſit ſecundum nos vt ait, hoc eſt accommodatè prouidentia paterna connaturaliter & propriè pręparatum. Additque v,idcirco in viſionibus ſacroſanctis ſpirituum figuras effingi imagine boum, aquilarum,rotarũ, leonum,volatilium,& huiuſmodi.Subſcribit D. Ioan. Damaſcenus, x ἀῤῥητον τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον,θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, id eſt,effari nequit vel comprehendi diuinitas,Deum namque nemo vidit vnquam.

p cap. 6.a

q catech. 6. Illuminat.

r lib.1.cõtra Eunomiũ dequa li. Spir.ſan.

s Super Pſalm. 115 de ſubſtan.

t Lib. 2.de cæl. hyer. cap.1.

v cap. 2.

x lib.1. orthod. fid cap.1.

Eo quòd vt ait D. Paulus, [y] Deus inhabitat lucem inaccessibilem, & nubes & caligo, vt Dauid [z], in circuitu eius. Et rursum [a], caligo sub pedibus eius. Cum hac & apparuit Mosi: [b] & in horrore magno & tenebroso, Abrahamo, pactum cum illo initurus. [c] Et quid diutius immorer in singulis persequendis, quæ sacrosanctæ narrant literæ, cũ nobiscum gentilium authores consentiãt? Inter quos insignis antesignan⁹ erit Corn. Tacitus. [d] Sanctius & reuerentius, inquit, visum est gentilitati, de actis deorum credere, quàm scire. Nemo autem dubitat scire, dictis philosophantibus, idem quod per causas cognoscere. Et ideo scientiam repellendo, repulsam curiosam per rationes humanas disquisitionem, non cognitionem fidelem: Nulla enim est similitudo perfecta Dei, quia non nisi vnus, quamuis sit trinus in persona, nulla causa originalis, à qua possit dici Deus, cùm sine principio: nullũ accidens in Deo, neque alia in eo sunt, quę alij conueniant: vnde per alia, nec per rationes alias, quàm per seipsum, & à seipso perfectè cognosci & sciri possit. Itaque Plato, [e] audacter sed verè, dixit, fatendum esse nos nihil de Deo cognoscere, neq; de ipso, neque de illius nominibus quibus seipsum vocat, quanquam cõstet eum seipsum vero nomine

[y] 1. ad Timoth. ca. 6
[z] Psal. 96.
[a] Psal. 17. b & 2. Reg. cap. 5. d.
[b] Exod. 19. b.
[c] Gen. ca. 15.
[d] Lib. de moribus German.
[e] In Cratylo.

nomine nuncupare: tractandumque de ipso, prout in lege homines acceperunt: quod de essentia Dei intelligendum est, vt nullis rationibus assequi illā possimus, nisi eatenus, quatenus nobis in lege & oraculis, & per ipsum dominum nostrum Iesum Christum reuelatum extitit. Cōsentit Proclus f, dum ait, nos perfectè venari nō posse Dei cognitionem, per sensibiles & compositas rationes. Quia si id fieri posset, accideret vt parem vim ingenij haberet homo ac Deus, imò maiorem, si ipsum vt est cōprehenderet: latius enim patet continens, contento, pro facultate & modo continendi: & ita animus, qui cōprehenderet Deū, qui spiritus immensus & interminabilis & infinitus est, infinitus esset, & maior infinito, si infinitum vt est continere & complecti posset, & ita maior Deo esset, & ipse Deus quoque. Quod effari etiam præter blasphemiam, quam absurdum sit, nemo est qui non videat. Quandoquidem nullo modo fieri possit, vt infinitum quod est Deus, contineatur & comprehendatur: nam tunc non esset infinitus, sed finitus, si esset comprehensibilis. Neque fieri potest Deū esse comprehensibilem, nam si esset comprehensibilis, illud quod eum comprehenderet esset potius Deus, tanquam maius &

f Loco quo tracta. de inuētio. patris.

præcipuum & antiquius & summum. Summum autem & supremũ quod est, quodq; per se est, & super essentiam, & ab alio non depẽdens, sed ex seipso & in seipso nec esse est vt sit Deus. Quod & nouit Sibylla Erythrea g ἀλλὰ θεὸς μονὸς εἷς πανυπέρτατος. Sed Deus vnus solus omniũ supremus: quod & citat D. Clemens. h Alphraganus etiam Arabs i voluit, res diuinas ac pura fide credibiles, altioris esse ordinis, à quarum comprehensione debilitentur rationes humanæ, nec illas eas assequi. Item Theophrastus k sic notat. μεχρὶ μὲν οὖν τινὸς δυνάμεθα δὶ αἴτιου θεώρειν ἀρχὰς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων λαμβάνοντες, ὅταν δὲ ἐπ' αὐτὰ τὰ ἄκρα καὶ πρωτὰ μετα βαίνωμεν, οὐκ ἔτι δυνάμεθα: εἴτε διὰ τὸ μὴ εἴχειν αἰτίαν, εἴτε διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθενεία. quod est, hucusque ad aliquid quidem possumus speculari per causas, primordia à sensibus sumentes: Quando autem ad ipsa extrema & prima transierimus, nõ amplius possumus: siue eo quòd non habeamus causam, vel propter nostram impotentiam & mentis debilitatem. Nam eius rei cuius non est prius, demonstratio esse non potest vlla, & consequenter nec à nobis explicationem ex nostris suscipere potest. Quod & nouit Plato l. Sed melius atque omnino expressè versibus quatuor expressit Euripides m inducens

g Lib. 1. χρησμῶν oraculorũ.
h In protreptico.
i lib. quem de sciẽtiis scripsit.
k In suis metaph.
l In craty.
m In Troadib. actu 4. vers. 24.

ducens loquentem Hecaben his verbis.

Ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόχαστος εἰδέναι
Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς, βροτῶν,
Βαίνον κελεύθου, καὶ δίκην τὰ θνητ' ἄγεις id est,

ô terræ vehiculum, & in terra sedem habens,
Quisquis tandem es, inaccesse nostris animis
Iupiter, siue naturæ ordo sic ferat, siue mens mortalium,
Te veneror: omnia enim secreta & sine strepitu.
Qui facis incedere via, & iusto libramine mortalia & humana.

Quocirca cuique videri potest necessariò concludendum, artem generalem ad omnia enucleanda, inutiliter & vanè nos polliceri: Cùm nec omnia à mortali intelligi possint, sítque id proprinm Dei, omnia scire & omnia nosse, & extra illum neminẽ esse, qui id sibi attribuere possit. Et ita etiam testantur, qui Deum verè non nouerant, vt & Sibylla Erythrea [n]

n Lib. 1. Sybyll. orac.

ἀθάνατος σώτηρ πανεπίσκοπος, ὅς μ' ἐκέλεσεν
ἀγγέλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ ἀρεσὶν ἐξαπολῆσθαι. id.

Omnia nanque nouit
Immortalis saluator, qui omnia prouidet, & me iussit
Nunciare vobis, ne mente pereatis.

Firmat Maximus Tyrius o. Et apud Homerum p Menelaus Idotheam filiam Prothei marini senis alloquens, pro dea eam affatus sic ait: ἀλλὰ σ' ὔπερ μοι εἰπὲ θεοὶ δ' ἴτε πάντα ἴσασιν. Sed tu die mihi, Dei enim omnia norunt & sciunt. Quod certè & defæcatius cecinit Dauid, q ecce Domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua. Salomon oratione sua ad Deum r: Tu nosti, inquit, solus cor omnium filiorum hominũ: quod etiam scribitur rursus alibi, s ne quis putet ea dicta temerè sed prouidè. atque Apostoli orãtes repetunt, Tu Domine, inquiunt, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris. t Et Baruc v, qui scit vniuersa, nouit eam sapientiam, & adinuenit eam prudentia sua. Et paulo post, hic est Dominus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Iterumq; Salomon, x rerũ sapientia tua quæ nouit opera tua, quæ & adfuit tunc cùm orbem terrarum faceres. Nouit autem ille eo modo, vt omnia sciat & noue rit antequam fiant. Sic enim professa Susanna calumniis impetita apud Danielẽ y: Deus inquit æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium attulerunt cõtra me, & ecce morior, cùm nihil eorum fecerim, quæ isti malitiosè compo-

o Sermone 31. a

p Odyss. versi. 379.

q Psal. 138. a. vers. 4.

r 3. Regum ca. 8. e. ver. 39.

s 2 Parali. c. 6. e. ver. 30.

t Act. 1. d. fol. 14.

v cap. 3. d. vers. 32.

x Sap. 9. b vers. 9.

y cap. 13. c vers. 42.

suerũ t

fuerunt contra me. Neque quicquam simile de hominum aliquo, quis nisi fuerit amens, efferre vnquam audeat, vt cuncta nuda & aperta oculis mentis eius sint, vt omnia nouerit. Imò cõtrà, plures fuerũt, qui nec aliquid ab hominibus sciri posse dixerunt, nihil percipi, nihil cognosci, & angustos esse sensus, imbecilles animos, breuia curricula vitæ, & (vt ait Democrit[a]) in profundo veritatem esse demersam, opinionibus omnia inuolui, nihil teneri, nihil veritati relinqui, & in summa, omnia tenebris circunfusa. Itaque Archesilas, negabat esse quicquam quod sciri posset, ne illud quidẽ ipsum, quod sibi Socrates reliquisset. Sic omnia Socrates & alij latere censebant in occulto, neque esse quod cerni aut intelligi posset. Quod & Carneades & Plato, & tota vetus philosophorum turba putauit, qui ideo omnia in vtramuis partem disputantes, nihil certi reliquerunt, vt testis est Cicero [z]. Galenus etiam Pergamenus, [a] scientia, inquit, est cõueniens firma, & nunquam à ratione declinans cognitio: eam autem neque apud Philosophos, præsertim rerum naturas perscrutantur inuenias multò sanè minus in re medica: Et vt breuius me expediam nec ad homines quidem vnquam venit. Atque idem [b], scientiã

[z] lib. 3. acad. quæst. in fine.

[a] tomo vlt. in Isago. li. qui medicus inscribitur.

[b] tom 4. & lib 3. de differ puls. in initio.

in dubium reuocat, nititúrque probare ex eo quod nõ omnibus idem videatur, neq; honeſtum, neque ſapiens eſſe, neque verũ: Et inde neceſſariò exiſtere contentionem. Nam etſi maximè fuerint ea definita, non tamẽ ideo ſcio: ſed eſt in omnibus opinio, ex qua par eſt naſci controuerſiam, vt ſentiunt illi qui ſcientiam firmam eſſe & congruentem ducunt, ſed non facilè inueniri. Pindarus autẽ rationem mihi reddere eximiè videtur. c

c Olymp. ode 7. ſtrophe 2.

-ἀμφὶ δ' ἀιδρώ-
πων φρεσὶν ἀμαχανίαι
ἀναρίθμητοι πρέμανται

circa autẽ homiũ mẽtes, errores innumeri pẽdent.

Et Plato d, nullum hominum, omnia ſcire poſſe cõtendit. vt Maximus Tyrius e humanum animum ait, mirum in modum imbecillem, facilémq; ratiocinationib⁹ in omnem partem flecti. Quod videlicet in hac ſecunda vita, denſiſſima caligine circũdatus ſit. Ideo & peritum etiam viatorem aliqua rupe, cœno, fouea'ue decipi: peritũ nauitam, non ſemper ritè gubernare: medicum terreri etiam peritum ignotis, & probat Lactan. f Quæ certè omnia vera ſunt, & quæ nos pollicemur nihilominus veriſſima, nempe artem eſſe, per quam de omnibus ratiocinari poterim⁹, omnia'ue cognoſcere. Verùm hæc cognitio & ratiocinatio

d In Sophiſta vel de ente.

e Serm. 26

f li. 3. fine de fal. ſciẽ.

non

nō trāsgreditur humanas vires, sed secundum illas, quibus placuit Deo opt. maximo præditam fore hominis mentem, regitur. Quæ enim alterius cognitionis obiecta sunt, quæve alio modo, quam ratiocinatione, noscuntur, non veniunt in hanc tractationem, vt docebimus. Sic verissimū est, neq; pugnat qđ scribitur g, altiora te, ne quæsieris: & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre tuis oculis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius, non eris curiosus. Plurima enim supra sensum hominum, ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspitio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum: Nos namque quid sit substantia Dei vel essentia, quæ sit eius perfectio, siue angelorum, siue cœlestium, siue reliquorum, perfectè, & vt sunt, inquirere non docemus: sed rationes & causas adferre, quare ita esse persuadeamus. rationū quippe omnium cumulus eo pertinet, vt aliquid tale esse persuadeatur, atque tandiu nostra ars locum habet, non vltra: vbi enim persuasum est, cessat ars, & remanet veritas, nota vel per se, vel firmiter credita.

g Eccles. c. 2. c. versu 22. 23. 24. 25. 26.

credita, neque dubitatione amplius interpolata. Quin & rationes de diuinis, imò de inquisitione circa essentiam Dei, traduntur: non quòd ostendant omnẽ essentiam, sed quia per considerationem deitatis, expellant de essentia inquisitionem. Vt quia Deus est incomprehensibilis, immensus, infinitus, omnipotens, omnia in omnibus, & nihil eorum, in quibus virtutem exercet. Rationes quoque sunt circa incomprehensibilitatem essentiæ, non tamen docentes essentiam, nisi per cõsequens, nẽpe incomprehensibilem, & ita Deum. Quibus infinitæ possunt addi per nostram artem probationes aliæ: idem de secretis, admirabilibúsque Dei effectibus in creaturis, dicendum. Ex quibus etiam Dei cognitionem & eius admirandæ maiestatis, admiranda & inuincibilia, colligimus cõtra incredulos, argumenta: Quæ ad cœlestia, inuisibilia, & immortalia, certa arte nos deducũt admirabili operum Dei connexu, & cathena, qua ordine, per nostram artem veluti filo Ariadnes Theseus, extra hæc caduca & inferiora tracti, ad superiora euehimur, vsque ad illud ineffabile primum, quod Deus est. Et ita loquitur Paulus: [h] Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum,

h ad Rom. ca. 1. c. ver. 18. 12. 19. 20.

eorum

eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit: & inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus,& diuinitas:ita vt sint inexcusabiles:quia cùm cognouissent Deum, non tanquam Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum, & quæ sequuntur. Et Iob. i Interroga iumenta,& docebunt te:loquere terræ, & respondebit, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod manus domini hæc fecerit? Adde sacra oracula, spiritus sancti reuelationes, sacras literas, quæ rationum nobis rerum diuinarum abundè suppeditant fontes, non quidem omnibus, sed iis qui animum adhibent & inquirunt & in lege meditantur, prout iubetur libro Iosuæ k. Veluti terra non omnibus fructũ producit, sed tantùm diligentibus agricolis, & assiduis cultoribus. Sic enim homini, qui labori addictus est, Dei sententia comparatum est, vt nihil optimi vel excellentis citra sudorem cõsequatur. Nec quis nucleum edit, quin decorticet: Aurique venas, non in præruptis montibus quisquam colligit, quin prius, immensis laboribus

i cap.12.a. b.ver.7.8. 9.

k cap.1.b. versi.8.

ribus cuniculos duxerit omni ex parte per viscera terræ, donec ad venas per silices perueniat: eo modo maximus labor certè, in rerum veritate eruenda, inter tantas támque dẽsas hominum carnalium tenebras, & multas conuenit tentare vias, vt præcipitia falsitatis vitentur. Minor tamen labor itineris, si quis edoctus fuerit viam compendiariam, quæ, quo quis proficisci velit, & se & alios leui negotio deducat, quam nos docemus. Quænam illa quæris? rationis inquã est discursus, & causarum reseratio, quæ duo nempe ratio & causæ, cùm aliæ sint & diuersæ à re ipsa, tamen ad rem ipsam, viam sternunt facilem. Nihil enim in terra sine causa sui, vt scribit Iob [l]. Et Arbobius [m], quicquid geritur inquit, debet habere causam sui, neque ita esse à ratione seiunctum, vt in operibus feratur cassis, & vacuis ludat inanitatis erroribus. Et rursus [n] quæcunque ab hominibus fiunt, maximéque in re sacra, debent habere suas causas, neque sine ratione est quicquam in negotiis omnibus, atque in omni administratione, faciendũ. Et laudatur Antoni. Pius Cæsar, quod omnium quæ gessit in senatu, per edicta rationem reddidit, vt scribit Iulius Capitolinus [o]. Et miserorum verè refugium est, imo certè

l cap. 5. versi. 6.
m lib 7. contra gẽtes.
n eod. lib.
o In eius vita.

certè alienum ab interiori homine qui ratione vtitur, non posse rerum discernere causam aliquam. Et quanquam non possit causam essentialem reddere, quæ in omnibus à creatione Dei & virtute natiua consistit, brutum omnino est, si saltē vel quod ita placuit, vel vtile, vel honestum, vel conueniens sit, non ratiocinetur, vel à fine, vel efficiente, vel ab aliis mediis, quæ nos trademus. Mouet nos & ad id Dei illa prouidentia, qua quotidie audim⁹ & experimur, nihil temere, nihil sine ratione & causa, non fato, nō casu, in essentiis fieri. Excitat & nos particularis nostra prouidentia, quæ dicitur prudentia, non esse animalis ratione vtentis, res aliquas, negotia, aggredi, non actiones aliquas tētandas, sine examine prę-ponderantium rationum, in quibus consultatio difficilis, electio periculosa: cùm sit discretio bonorum à malis, & in bonis bono melius reperiri possit: & aliquando præsens bonum contemnere expediat, & à negotio rationabili ad rationabilius traduci. Nam vt ait Achilles apud Euripidem p.

p In Ephige. act. 4. versi. 209.

Ἀλλ' οἱ λόγοι καταπαλαίσειν λογὸς.

Rationes antiquant rationes & tollunt.

In summa intelligere possumus ab homi nibus consultò omnia fieri debere, & rationem,

tionem, factorum esse debere animā. Quā si hîc non adhibeamus dum viuimus, futurum est à nobis à Deo exquirēdā iri, quare non adhibuerimus. Dixit enim Dominus noster Iesus Christ[9], q de omni verbo ocioso, quod loquuti fuerint homines, [r]eddent rationem in die iudicij : ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

9 Matth. capit. 12. c. vers. 36. 53.

Esse debere aliquam artem generalem, adhuc docetur. CAP. IIII.

Eò ergo deducta est oratio, vt intelligamus necessariò hominem scire & ratiocinari oportere, quod & latius, cùm se offeret locus, explicabitur. Et quia, vt ait Cicero [a] ἡδὺ γλυκύτερον ἢ πᾶν ἁδέναι. nihil est dulcius quàm omnia scire. Cúmq; hoc non aduersetur humanę conditioni de omnibus, dummodo non transcendamus humanæ sciētiæ limites, inquirere, præcepta particularia quædam distincta ab inuicem, vnica generali arte concludi posse, qua inter se communicent, possibile esse mihi persuasi: si attentius consideremus, in omnibus rebus vnū semper reperiri genus, in quo species omnes participent & concordent, quanquam quibusdam proprietatibus

[a] 4. Epist. ad Attic. epist. 10. ex Phocis.

tibus differant. Et per consequens satis superque constare, genere cognito plenè, & notionem specierum facilius se efferre: nõ secus ac facilè fluminum sectiones in riuulos, & partitiones cognouerimus, si à fonte ad loca separationis, sequentes alueũ, peruenerimus. Sic & non inconueniens & impossibile quis reperiet vnico instrumento, diuersa opera diuersarum artium, perfici: quia vsus illius commodus diuersis. Sicut & ex quatuor elementis, particularia corpora commiscẽtur, sed diuerso modo: vnica vegetandi vi, omnes plantæ & animalia omnia participant & crescunt, vnicoque corpore, sensus omnes continentur: vnica mente artes omnes & inuentiones cõprehẽnsę: vnico supposito res corporales & incorporales cõsentiunt in homine, qui constat spiritu & corpore. Cœlum ipsum vltimum vno ambitu, motu, & influxu omnia inferiora naturaliter complectitur, agit, & mouet, & omnia in eo concordant. Et denique hæc omnia, Dei vnico intellectu & mente vna, creata sunt & reguntur: vt in sole, omne lumẽ participat stellarum: in iustitia, virtutes omnes: in summa, in fœlicitate, omnia cætera bona: in morte ęterna, omnis infœlicitas, & mala vniuersa: Deus tandem & homo conueniunt, & simul resident in

vna

vna hypostasi, nempe Christo domino nostro, qui & filius Dei & filius hominis, verus Deus & verus homo. Quæ cũ ita se habeant, & cùm communia contineant particularia (veluti qui ponit hominẽ & statim ponere videatur particulares & indiuidua Socratem, Platonem, & alios, vt scribit Arist.[b]) proculdubio & mens hominis & ratio, ad omnes artes extendentur, si optima generali quadam sciẽdi & intelligendi methodo informentur, atq; facilè ad alias particulares peruenient cognitiones, veluti etiam in particularibus quibuscunque disciplinis, notiones sunt quædã præludia vniuersalia, ex quibus statim facilè ars conflatur & peritia. Quę per se certè arida & ieiuna, imo confecta sunt interdum, vel eiusmodi videntur: exẽpli gratia, mens humana in geometricis, lineas, puncta, circulos, paralellos, & figuras ex his compositas adfinxit demonstrationis gratia, vt aliud significaret, ad perficiendum artem. Musica, habet suas claues, notulas, lineas, spatia: Et singulæ ferè artes, quædam alia, quæ animum tantùm veluti ratiocinationibus quibusdam ad id quod intendunt, præparant. Nonne et am videmus, vsum literarum veluti quandam rerum omnium communem custodiam, & vocum, & conceptuum, & natu-

[b] 4. de genera. anim. cap. 3.

naturarum proprietatumque rerum cœlestium,& supercœlestium,& terrestriũ præteritorum, præsentium, & futurorum? Si quis autem literas nõ norit,quæ tamen numero pauciſſimę sunt,nec omnium quæ illis cõtinẽtur sine interprete erit particeps. Et si forsan aliqua illorum sine his nouerit, cæteris erit priuatus,nõ alia ratione,quàm quòd tam exigua,sed communia omnium elementa scripturarum,literas dico,nõ nouerit coniungere, & miscere. Latent & in mente scientiarum semina omnium, vt dicemus,& elementa.nam,vt scribit Alex.Aphrodisæus [c], substantia,scientiæ,sortes vniuersę,animo insita sunt,quemadmodum igni calor insitus est,vnde putauit Plato,animum nostrum reminisci, nõ discere. Sed non omnes norunt, nec ea miscere didicerunt. Quocirca nec omnes ratiocinari pariter possunt.non pueri,nec ij qui spiritalibus prætermissis,cutem curant, epicuri de grege porci. Neque hi similiter, qui duobus vel tribus verbis compositis & conceptis,statim se arcem sapientiæ repugnasse, sibi persuadent: qui'ue omne studium in ornatu verborum & quadã phrasi corrasa desudant, vt queruli psitaci, & loquaces picæ, molæ ropalis circumquaq; agitatæ temerè,contempta rerum inquisitione. Qua

[c] lib.Problem.probl. 121.

Porrò ſpecies, variè vſurpatur. Nam apud Grammaticos, accipitur pro originali dictionis poſitione: ſic ſpecies illis nominum primitiua, quando aliundè non deriuatur, vt Æneas, cœlum: & deriuatiua, quando aliundè deriuantur. Apud Rhetoricos & Poëtas, pro forma & diſpoſitione aſpectus faciei: Sic, quis dicitur ſpecie triſtis, hilaris, criticus, &c.

Apud Phyſicos, pro rei ſimilitudine: ſicuti dum dicit Ariſtoteles, ſpeciem lapidis eſſe in intellectu. Et Metaphyſicè, ſpecies ſumitur, pro forma exemplari: hinc idèæ, formæ ſpecificæ Platoni & Ariſtoteli. Communiter autem & apud iuriſcõſultorũ interpretes, pro eo quod in indiui duo proponitur: ita ſpecies illis facti: item pro pulchritudine, vt ſpecioſus pro formoſo & pulchro. Apud Logicos, pro forma ſubſtantiali, & pro natura communicabili omnibus indiuiduis ſpecies ponitur: quæ determinato & certo generi ſupponitur: vt homo ſpecies animalis, id eſt, res quæ ſub genere ponitur, & de qua genus in eo quod quid eſt, prædicatur.

Axioma

Axioma.

Generi per ſpeciem derogatur.

De Differentijs. CAP. XII.

OBſeruandum eſt, pro diſtinctione & diſſolutione argumentorum: Differentiarum, aliam eſſe accidentalem, aliam ſubſtantialem. Accidentalis, facit alterum ab altero, vel numero, vel communiter, vel propriè: Numero, in his quæ differunt per multum, magis, & minus, quæ in indiuiduis locum habent: communiter autem, ex accidente ſeparabili: ſicuti propriè ex accidente inſeparabili, vt qui habet oculos cæſios, differt à non habentibus.

Subſtantialis vel eſſentialis differentia, magis propria, facit aliud ab alio: eáque eſt, vel generica, vel ſpecifica. Generica eſt cùm ſubiecta ſunt diuerſi generis: vt equus & ficus, habent diuerſa genera, animal & plantam. Specifica eſt, eorum quæ proximo generi communicant: & hęc explicat qualitatem, quæ ſpeciem ab ſpecie facit differre.

In ſumma, differentia tria facit. primùm diuidit genus, & illud limitat per ſpecies.

ad vos fratres, veni non in sublimitate ser-
n vers. 4. monis aut sapientiæ, anuncians vobis te-
stimonium Christi. Et postea. n Et sermo
meus & prædicatio mea non in persuasi-
bilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in o-
stensione spiritus & virtutis. Et ad Ephe-
o cap. 5. b. verſi. 6. sios scribens o eos admonet dicens, nemo
vos seducat inanibus verbis: propter hoc
enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Et
p 2. Epist. ad Timot. ca. 1. d. ver. 13. rursum p discipulum admonet, formam
eum habere sanorum verborum, quam ei
tradiderat. Nam, vt scribit Iulius Rom. Pō-
tifex ad diaconum, Flacillum, Narcissum,
q Epist. quæ legitur. in 2. Apol. D. Athana. & alios, q in rebus Ecclesiasticis, non spe-
cimen eloquentiæ, sed canones Apostoli-
ci requiruntur, operáque dari solet, ne quis
ex pusillis scandalizetur. Et D. Basilius ma-
r In Serm. in Gordia. mili. marty. Cæsar. gnus: r Sacra inquit, schola, præcepta
rhetorum aut instituta non sequitur, nudā
rerum expositionem pro encomiis habet,
quam & nobis & sanctis satis esse existi-
s lib. Exa-mer. hom. 6. mamus. Rursumqué idem: s non sectamur,
inquit, eloquentiam verborum, quæ apud
vos suscipitur: neque concinnæ verborum
structuræ studemus. Apud nos enim non
sunt qui verba tornando effingant, neque
t 4. de con fider. li. ad Eugenium Papam. apud nos curæ est sonora vocum modula-
tio, sed vbique præfertur clara & expressa
vocum significatio. D. quoque Bernard. t

apertius

apertius eloquentiæ nudæ à rerum cognitione, corruptelam paucis explicat, dum ait verbosulum adolescentem & studentem eloquentiæ, cùm sapientiæ sit inanis, nihil aliud, quàm hostem iustitiæ reputes. Atque vt manifestius doceam Christianos non tantùm verbis, sed etiam re ipsa istos psitacos, verbosósque inanes, abhorruisse, non piget referre historiam quæ scribitur apud Cassiodorum v ex Socratis historia ecclesiastica. narrat autem Eudoxium Arrianũ sub Valente Cęsare orientis, creasse quendam Eunonium sophistam & dialecticũ atheum dictum, in Cizico episcopũ & iussisse expellere Eleusinum. Illúmque, cùm illuc veniisset, vsum more solito dialectica, quasi peregrinum aliquid auditoribus inferret. Quamobrem Cizici tumultus ortus cùm esset, eum vrbe ciues expulisse, cùm ferre non possent fastum verborum eius. Nos etiam vt cum tantis viris consentiamus, atque vt tempori pareamus quod multum teritur in ampullatis & tumescentibus orationibus, verba venari & effundere sine ratione non docebimus, sed verba rebus inseruire. Siquidẽ methodus artis nostræ, scopum habet, vt res explicet, & artes. Artis autem omnis præcipuum est, vera cum ratione dicere. Quod & Aristot.

v li. 7. hist. trip. ca. 14.

x 6. Ethic. cap. 4.

stot. scribit x τέχνη, inquit, ἕξις τίς μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητικὴ ἐστί. ἡ δὲ ἀτεχνία τὸναντίον μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητικὴ ἕξις περὶ τὸν ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν, id est, ars est habitus faciendi vera cum ratione. Contrarium autem artis est, facere falsa cum ratione, circa id quod aliter se habere potest. Habitus autem & determinatio, in vna quaque arte, veluti certorum præceptorum collectio, consideratur. Hæc non ad particularia & indiuidua applicantur, sed ad vniuersalia. Sicuti, qui de medicinæ arte disputauerit & eius subiecto, non Petrum, non Ioannem cõsiderat, sed tantùm corpus humanùm. Nam de particularibus sicut de infinitis, scientia nulla est, vt tradit idem Aristot. y Et artem, eadem ratione vniuersalium cognitionem ait: sicut experientiam, particularium. Et alibi, z in cunctis artibus, & scientiis, inquit, quæ non circa partem, sed circa genus aliquod perfectè existunt, satius est considerare, quid cuique conueniat generi. Sunt namque in singulis artibus & scietiis, quædam generalia & præcipua subiecta, quæ posteà calculo exactiori in partes distribuuntur. Subiecta illa sunt veluti limites, quibus transcensis, ab vna in aliam artem vel scientiam traducimur. Vt arithmethices subiectum, numerus: astrologiæ,

y li. 1. Rhethor. ad Theod. c. 2

z lib. 1. metaphy. c. 1. & lib. 4. poet. cap. 1.

giæ, cælum: geometriæ passiones, & corporum magnitudines: iustitia, iuris ciuilis, & sic de similib. quæ hæc omnia in nostra arte rationes sibi comparare possunt, sicuti & Arist. a earum omnium effectricẽ rhethoricam ratus est, in qua facultas discutiendi quid in vnaquaque re, probabilis videatur. Nam quòd artes omnes communibus quibusdam inter se vtantur vinculis, vt idẽ Aristoteles tradit & Cicero, b videtur mihi causa vnica, communis mentis natura, quæ inest omnibus hominibus, & ratio, qua quilibet homo insignitur. Et si velis exemplo familiarius id discere, periculum licet facere in rusticis & imperitis alicuius artis, quibus si proponatur quæstio quædam artis ignotæ, conabuntur ex mentis notione communi hominibus, vtcumque ratiocinari, verùm confusè & impolitè & sine ordine, non tamen sine ratione: nam rerum experientia & animi exercitatio, superflua & incondita in animo disponit: vnde artes ortæ vt non tamẽ mens ex arte, & ratio, sed tantùm rationis ordinatio fiat, veluti aurum. Quod ab scoriis & fæcibus metallorum expurgatur, nõ accipit ab artificibus naturam & essentiam, sed candorem & superfluorum repurgationem. Vt simile quiddam accidat animo,

a d. li. 1. ad Theod. c. 2

b Arist. 1. Eth. c. 11. & Cic. pro Arch. poët.

qui cum multis passionibus & opinionum errotibus obtenebretur, veluti fæcibus extra naturam ascitis, Dei potissimum lumine, cuius vultus lumen super nos signatum est, artificio quodam, ad puritatem & lucem suæ præstantiæ educitur, & purgatur. Et Galenus [c] fatetur, quandam esse artem, quam tamen non docet, quæ & reliquas cõstituat. Et persuasum habent Philosophi, vt tradit Aristoteles, [d] omnis entis ad vnũ aliquid & commune fieri reductionem. & docet longa oratione Galenus [e] alibi sciẽtias & artes, alias aliis supponi. Legimus & apud iurisconsultos & alios, iuris prudentiam complecti diuinarum & humanarum rerum scientiam: in his autem omnia. item Arist. [f] Intellectus, inquit, siue mens, rerum intelligibilium est, itaque rerum omnium notiones, naturalis vna tenebit. Et Plato, [g] omnes scientias, sine dialectica cæcas dicit esse.

[c] li. de arte ciuilat. ad Thrasibulum.
[d] Metaph. 11.
[e] ad Thrasib. de arte
[f] lib. 1 de part. anim. cap. 1.
[g] lib. Sine dial. de Rep. v. 1 de iusto.

Quid sit ars nostra magna. CAP. III.

TRansacta enim & sopita controuersia, qua difficile, imò ferè impossibile esse de omnibus causas exhibere persuadebatur: cúmque iam docuerimus posse nos de diuinis, & per diuinas rationes, determinare,

nare, per visibilia ad inuisibilia, veluti certis quibusdam ducibus peruenire. Reliquũ est vt quæ sit illa ars, aperiamus, per quam seandere per mirabiles illos gradus tutò & breuiter, compendio temporis valeamus: quæ permaximè iucunda & optata diu ab studiosis est: cùm vita sit breuis, ars longa: & nõ solùm in medicina, vt aiebat Hippocrates a, experientia periculosa, sed etiam ferè in humanis omnibus actibus, quorum exigua experientia præcipiti volatu, caniciem cum periodo adiicit, vt fuerint plures qui naturam, non ausi dicere Deum, incusauerint, quòd coruis diuturniorem & longiorem vitam, quàm hominibus dederit. Blasphemi certè, & nimium queruli: cùm hominis sufficiens sit ætas, quantũuis breuis, pro necessariis exequẽdis: Quam tamẽ plerique terunt, & ferè omnes, non in disquisitione veri, sed in cõtradictionibus vanis, & inutilibus sermonibus: alij voluptatibus, alij in parandis mammonæ miseræ aceruis, quibus quidem ętas breuis esset nõ solùm ceruorum vel coruorum, sed & totius æui & mũdi vniuersi, insatiabilis enim est cupiditatis sitis. Vellent & ij lubentissimè corporis voluptatibus, & acquirendis diuitiis, & eorum curis, simúlque & scientiæ parandæ, tẽpus ex animi sententia dari:

a In priu. aphoris.

cùm tamen fieri nequeat, vt qui implicitus est & irretitus numellis & retibus voluptatum, aut diuitiarum, bene vnquam philosophetur: vtque, qui animam habet his tumultibus cõspurcatam & dementem, probè possit de eximiis & altioribus dijudicare. Quocirca primus huius artis gradus & basis est, animum ab his sordibus & extraneis passionibus repurgare, & Deo coniungere, in quo vera scientia, quique dat omnib⁹ affluẽter, pro modo dispositionis & purgationis animę. Non enim in maleuolã animam introibit sapiẽtia, vt ait Salomõ [b], nec in corpore subdito peccatis, & Plato [c] cuiq; etiam certi, facultatem à Deo tribui, certi cuiusdam operis, iudicandi, testis est. Sequitur deinde illud quod est cõfusionis mẽtis, & indispositarum cogitationum coordinatio, in quo latet tota artis nostrę methodus: docet enim omnium pręceptorum quæ diffunduntur per res, & scientias, artésque particulares, in certa capita reductionem ordinatam, ex cuius cognitione postea mens dispensat ordinatè & inconfusè propria vnicuique negotio oblato: disputando, tractando, consulendo, probãdo, vel refellendo, vel docendo, vel eligendo. hæc enim in omnibus locum habet. ars quippe omnis, vt ait Plato [d] de aliqua re persuadet,

[b] c lib. 14. qui Io. vel de furore poëtico inscribitur.

[d] lib. 24. In Gorgia.

det, sed diuerso modo, causæ rerum diuersitate connectuntur & considerantur, veluti & vnum & eundem angulum rectum faber, & geometra, diuerso modo tamen inquirunt: fines enim sunt diuersi, sed media ferè eadem: & ita de angulo tradit exemplum Arist. [e] Et Galenus [f] scribit materiam non distinguere artes, quia & illa plerisque cõmunis, sed fines ad quos diriguntur præcepta particularia, & interdũ communia. Sic nostrum corpus quatenus naturale est, physicæ scientiæ subiectum esse quis dixerit: quatenus sanitatis, medicinæ: quatenus bono habitu præditum, exercitatorię. Ideo qui hæc separatim discutit, diuersos fines cognoscere debet, & sic præcepta particularia ad finem tendentia, & idem Galenus ferè eadem alibi [g]. Qua ratione & nos in hac arte magna ne quid deesset, particularium finium, singularum scientiarum, veluti quoddam epitome cõtexuimus, vt Dei beneficio & nostro medio, quicunq; nostras habuerit lucubrationes, nullis aliis libris, vel certè pauciss imis egeat ad scientiarum Encyclopediam addiscendam. Nam (quod vere admirandum est, & vnde ingẽtes gratiæ maioribus qui iter indicarunt artis, & ichnographiam tradiderunt, habẽdæ sunt) si bene animaduertas in hac quam tractamus

[e] 1. Ethic. cap. 7.

[f] lib. ad Thrusibul. num ars tuendæ sanit. ad medicinã spectet. tom. 2

[g] In li. Hippocr. quiquæ in medicatrina fiũt, inscribitur communiter lib. 1. tomo 6. & tomo 8. li. de medicæ artis constit.

mus arte, omnes scientiæ particulares, & earum præcepta sub generalibus continentur expressa: tractantúrque in ea, physica, metaphysica, actiuæ, factiuæ & contemplatiuæ artes: vt meritò ars magna, seminarium magnum, & scientiarum omnium directio & probatio nominanda sit, & lapis quidam Lydius, per quæ verum à falso dogmate separatur, vt illo aurum ab aliis distinguitur metallis. Qua melior certè nulla alia esse potest. Huic procedunt, singulorum intellecta distinctione, statim artium particularium distinctio. Siquidem cuiusque artis constitutio, ex discrimine propriorum à communibus oritur, vt ait Galenus. h Sic Plato i quicquid, inquit, artificiosum est, mensuræ quodammodo particeps esse apparuit: Quoniam verò quidam considerare nequaquam per singula genera diuisione eundo solent, hęc tam longè inter se differentia, statim conferunt in vnum similia indicantes. Sed & contrarium huius faciũt, quę diuersa sunt, per partes minimè distinguunt: cùm oporteat, vbi quis primò multorum percipit communionem, non prius desistere quàm differentias omnes, in ea quæ speciebus clauduntur, inspexerit: atque iterum, quoties dissimilitudines plurimas in multitudine

h In cõmẽta. in lib. de victus ration. ĩ morbis acutis tomo 6.

i In lib. 16. vel ciuili siue de regno.

dine sentit, & ægrè sentit, non prius ab hac aspectus molestia desistere posse, quàm cuncta quæ cognata sunt, intra cognationem vnam proprietatémque concludens vnius generis essentia vestiat. Neque, vt scribit Maximus Tyrius k aliud & scientia quàm stabilitas rationis, iisdem semper vestigiis hærentis, captantis primò cognatas quodammodo res, pòst distinguentis quicquid in eis viderit dissimile. Materia itaque circa quam versatur nostra ars, erunt omnes res & scientiæ, de quibus disputandum erit, atque in his, veluti artificium quodlibet in subiecta materia, operatur, continens certa generalia præcepta in se, quibus singularia disputantur, & distinguuntur à confusione. De quibus Deo iuuante in alio libro tractabimus.

k Sermone 40.

De *potentia & actu.* CAP. IIII.

REpetamus interim, vt ordine viam ad grauiora sternamus, omnia potẽtiam & actum respicere, atque potentiam sine actu esse posse, actum autem non item sine potentia præiacente. factum quippe nihil dicitur ab aliquo, nisi prius qui fecit, potentiam siue dispositionem qaandam faciendi, habuerit, quæ non fuerit semper actu, vt docet Aristoteles. a Sic principia, substan-

a lib. 1. de cælo. ca. 6.

substantiarum sunt semina, quæ se habent ad substantiam, sicuti potentia ad actum, vt scribit idem Aristoteles. b Non tamen actus potentia verè est, nisi solùm in potētia: veluti lignum, tripus, scapha & huiusmodi est, potentia non tamen actu, quia actus vt lignum tripus fiat, vel scapha, mediis aliis, scilicet arte aliqua & instrumento fabrili, ex potentia ad actum ducitur. Aliud exemplum familiarius, homo potentia rationalis est, hoc est ratione omnes actus suos moderari potest, actu tamē & re ipsa, semper non moderatur: veluti si furiosus, si infans, si affectionibus illegitimis ducatur. potentia namque rationis non deducitur ad actum, hoc est non moderatur actus. Et Galenus certè optimus philosophus c ait. Quod quale dicitur, tale autem nondum est, sed potest tale esse, id hoc esse, potestate, dicimus hominem, verbi gratia, qui modo natus sit, rationalē: & auem volatilem, & canem venaticum: & equum celerem, scilicet, quod eorum vnumquodque futurum omnino est, si nihil id extrinsecus impediat, hoc ceu iam id sit appellantes: vnde arbitror hæc esse potestate, non actu, dicimus. Perfectum namque est, atque iam præsens, ipsa energia vel operatio, siue quod actu est: quod verò

b lib. 1. de part. anim. & earum causis c. 1.

c Tomo 1. li. 2. de tēpera.

verò potestate est, imperfectum & adhuc futurum atque vt fiat quidem, id quod dicitur. Sciendum tamen est ex potentia deducta in actum, ex illo actu aliam potentiam oriri posse, sicuti docet Aristot. d & tunc diuersa est potentia secunda à prima, sicuti & materia prima diuersa est à secunda: prima namque informis, secũda autem materia cum forma in aliam formam transit, retenta prima forma: veluti aurum cõstat materia communi metallorum, & forma, quia aurum: ex illo tamen alia forma accedente fit statua, vel aliud quippiam: cuius tamen secunda semper materia formata, nempe aurum. Sed clarius de potentiæ ortu ex actu agamus exemplo. Diuersо modo potentia, sciens est qui discit, & qui iam scientiam habet, & non cõtemplatur. Cùm autem actiuum & passiuum sint simul in actu, qui patitur à potentia, & agit alia potentia, euadit interdũ id quod est potentia, vt actu sit tale, vt id quod discit, & ex eo, quod est potentia, fit aliud potentia rursus. Qui namque scientiam habet & non contemplatur, est potentia quodammodo sciens, sed non vt erat, anteà quàm didicisset. Atque cùm ita sese habet, nisi quid prohibeat, operatur ac contemplatur, vel in contradictione ignorantiaque

d li. 8. phy. cap. 4.

tiáque erit. Est etiam quædam potentia, alia, secundum naturam, alia præter naturã. Secundum naturam potentia est, cùm in seipso aliquid tale principium habet, & non per accidens. Præter naturam contrà, cùm per accidens: veluti ignis potentia mouetur sursum, & graue deorsum: per accidens autem & vi exteriori ignis deorsum, graue sursum. Mouentur itaque actu naturaliter, cùm sub potentia suos ad actus mouẽtur. has duas species potentiæ ponit Arist. Galenus latius tres constituere videtur. Prima illa est quæ maximè propriè sola potestate esse dicimus, ea, in quibus natura ipsa suopte impetu ad absolutionem venit, vtique si extrinsecus nihil impedimento sit. Deinde materiæ continentes ea quæ facienda sunt, propinquè, facienda potestate sunt, sicuti cùm sanguinem potestate carnem appellas, quoniam minimam mutationem ad carnis generationem requirat. At non qui in ventriculo habetur concoctus cibus, carnis materia est, sed prius sit sanguis oportet. Longius etiam absunt maza & panis, quippe quæ, vt caro fiant tres sui mutationes, requirant: cæterùm hæc quoque omnia potestate, caro dicuntut. Etiam ante hæc aër, ignis, aqua & terra, etiam horum ipsorum communis materia, atque

hæc

hæc omnia, magis minúsve abusiuè loquẽtibus nobis dicuntur. Dicitur autem & tertio in loco, potestate esse aliquando, & quod ei, quod ex accidenti esse dicitur, est ex aduerso positum: vt si carnosi quis iuuenis lauationem, corpus eius ex accidẽti non ex propria potestate calefacere dicat. Subiungam adhuc eius exempla, bitumen, resina, sæuum, oleum, & pix, calida potestate sunt, quod vtique energia celerrimè calida fiant, etenim celerrimè inflammantur: præterea cùm corporibus nostris amouentur, ea manifestissimè calefaciunt: ea autem non sunt actu calida, ideo tactu non sentiuntur talia, & ita differunt & à solis & ignis calore, quia illa actu calida, hæc tantùm potentia, eadem de frigidis potentia quis poterit colligere. Sed adhuc ἐμφατικωτερῶς de potentiis cum Aristotele dicamus, ne posthac hæc omnia sint à nobis sæpius inculcanda. Potentiarum quædam nobis natura inditæ sunt, vt diximus, veluti sensuum: quædam consuetudine, vt tibiis canendi: quædam doctrina, vt artium. Nam idem Aristo. ait [f] omnes artes, & factiuæ scientiæ, potentiæ esse. Item potentiæ aliæ rationales, aliæ irrationales: nam quædam cum ratione possunt mouere, quædam sine ratione. Rationales illas

[e] li. 9. metaphy. c. 5.

[f] eod. li. 9. metap. ca. 5.

potentias neceſſe eſt in animato corpore eſſe, has autem in ambobus. Quæ cum ratione poſſunt mouere, & potentiæ ſunt eorum rationales: quæ autem ſunt irrationalia, horum & potentiæ irrationales. Et notandum eſt poteſtatem quæ cum ratione eſt, contrariorum eſſe poſſe diuerſo modo effectricem: poteſtatem autem irrationalem, vnius, vt calidum ipſius calefaciendi ſola poteſtas. Medicandi verò poteſtas infirmitatis & ſanitatis cauſa eſt, quia ſcientia, ſcientiæ ratio: Ratio autem eadem manifeſtat & rem & priuationem, quanquam id non faciat ſimiliter. Sic enim quodammodo amborum eſt, ſed magis eius quod exiſtit: quare cùm potentia ſit faciendi vel patiendi in ratione vel voluntate principium, fit quid vel patitur neceſſariò. Sed qualitates quæ adduntur benè aut malè non neceſſariò, ſed ipſius benefaciendi vel malefaciendi potentiam ſequitur ſolius agendi vel patiendi potentia. Potentia namque quædam eſt homini benefaciendi, nam ſi non eſſet illi hæc potentia, impoſſibile eſſet homini vnquam benè agere, nam quod priuatur potentia, impoſſibile eſt fieri: quod impoſſibile fieri eſt, actu eſſe nequit: cæterùm videmus & actus & bene fieri ſcilicet bene agere homines

mines, ergo in illis potentia, & malè: pariter ergò & potestas ab vno & eodem fonte voluntatis. Sicuti ex anima contrarij motus fiũt, quiescere, & moueri, loqui, tacere, diuersis temporibus. Quoniam quod potest, aliquid potest, & aliquando, & aliquo modo, & necesse est esse quiddam quod dominetur, siue appetitum siue electionem. Quæ interdum ad actum peruenire prohibentur, vel intrinsecus aliquo prohibente, vel modo non benè congruẽte & medio: sicuti in potentia irrationali, ea ad actum non peruenit, si aliquo medio impediatur, vel medio, vel agente non benè dispositò. Quo fit vt, quia potentia non potest interdum omnino se explicare, propter resistentiam mediam, qua sublata posset, actus remaneat imperfectus necesse sit. Ita semen interdum natura degenerat, & natura ex semine humano & animaliũ, monstra producit, & animus extrinsecis & vanis & alienis à ratione, occupatus & obsessus, suo non fungitur officio. Et hæc hactenus de potentia prælibata, sequentibus sufficient: latius namque de ea posteà cùm de principio potestatis tractabimus suo ordine libro 2.

Quo pacto in homine, scientiæ generalis semina potentia insita sint, cur'ue alij alijs doctiores: & unde animalibus quædam cognitio. CAP. V.

VTilitatẽ ex præcognitione illius potẽ iæ nunc accipe. Dicimus itaque in hominis dignitate, quod pertinet ad sciẽdi & intelligendi sagacitatem, considerari & aptitudinem siue potentiam naturalem, & pariter acquisitiuam ex doctrina & meditatione artificiali & labore expertium & prudentiorum paratam, quámve potentiam diximus quodammodo ex actu prioris potentiæ comparari. Hæc autem vnde originem habuerint, quáue ratione mentes hominum vniuersam scientiam perfectè per se nec explicitè omnia, nec omnes aliqua pariter, nouerint, aut quare alij aliis magis minúsque sciẽtes sint, cùm tamẽ æquè homines sint, narrare præsentis est instituti. Cúmque illud dignum sit & iucundum & vtile scitu, longior de eo nõ erit tædio narratio. Igitur in confesso omnibus ferè & pro verissimo creditum, tum ab iis, qui à sana fide exules fuerunt, tum ab iis qui verum & vnicum venerati sunt Deum, nullum animal natura immunem à cognitione

tione esse. Videmus namque animalia recèns nata, etiã priusquam perficiantur particulæ & instrumenta ad ea quæ agere debent, concessa, ea tamen agere conari: sic vitulus cornibus petere tentat, cùm nulla tamen cornua appareant: pullus equi calcibus teneris calcitrantem videas, & aprum quendam pusillum genis sese tueri conantem, magnos dentes nondum habentem: & catulum recenter natũ, mordere affectantem teneris adhuc dentibus. Vnde autẽ, nisi quadam indita facultate? omne enim animans suæ ipsius animæ facultates, ac in quos vsus partes suæ polleant maximè, nullo doctore præsentit, vt obseruauit Galenus [a], & Xenophon [b] animalia singula, inquit, norunt pugnam quandam, nec ab alio quopiam didicerunt, quàm ipsa natura: veluti bos cornu percutere, equus vngula, canis ore, aper dẽte: quæ quidem animalia etiam cauere sciunt, à quibus est cauendũ, sine vllius prorsus doctoris præceptione. Addendus eiusdẽ sententiæ Horatius. [c]

[a] lib. de vsu par. huma. corpo. cap. 3.

[b] li. 1. Cyri pædiæ.

[c] lib. 2. sermo. saty. 1. versu. 50.

Vt quo quisque valet suspectos terreat, vtque
Imperet hoc natura potens, sic collige mecũ.
Dente lupus, cornu taurus petit: vnde, nisi intus
Monstratum?

His adstipulatur, & Basilius magnus [d], docetq; multis exemplis: aliique permulti

[d] lib. exameron homilia 9.

authores confirmant, ducti quotidiana experientia. Ita agni inter numerosum gregẽ, matris vbera recognoscunt: vrsa vulnerib' saucia, verba sto sibi medetur: testudo viperæ veneno morsa, sibi contra venenũ prouidet origani pastu: vulpes laricis lachryma, vulneribus seipsam curat; anguis fœniculi pastu lippitudinem à se propellere nouit. Et vt absoluam cum Plinio [e]. Pudendũ rursus feras, magistra natura quotidie inuenire, siue semper scire iudicemus, & omnia animalia quæ sunt salutaria ipsis nosse, præter hominem. Arist. [f] etiam scribit animalium munus esse, nõ solùm generare, quod commune omnium viuentium & plantarum est, sed etiam cognitiones alicuius vnumquodque esse, aliud maioris, aliud minoris, aliud minimæ. Sensum enim habent, sensus autem cognitio quædam est. Et clarius alibi [g] statim à principio scribit, animantes habere vim quandam naturalem videri, in quauis animi affectione, hoc est prudentia, stultitia, fortitudine, ignauia, clementia, acerbitate, & reliquis habitibus generis eiusdem. Constant autem & hæc ex morum varietate animaliũ, de quibus eximios composuit libros Ælianus inscriptos de natura animalium. Aliæ namque, vt ait Arist. [h] animantes mites, remissæ, non per-

[e] li. 27. histo. natur. cap. 3.

[f] lib. 1. de generat. animal. c. fi.

[g] lib. 9. de histor. animal. cap. 1.

[h] lib. 1. de histor. animal.

uica

uicaces, vt boues: alię animoſę, peruicaces, brutæ omnino, vt ſues ſylueſtres: aliæ ingenioſæ ac timidæ, vt cerui, lepores, cuniculi: aliæ illiberales, perfidæ, inſidioſæ, vt ſerpentes: aliæ liberales, fortes, & nobiles, vt leones: alię illiberales, feroces, inſidioſę, vt lupi: aliæ aſtutæ, malitioſæ, & callidæ, vt vulpes: aliæ animoſæ, amatrices, aſſentatrices, vt canes: aliæ mites & mãſuetudini addictæ, vt elephantes: aliæ verecundæ & cautæ, vt anſeres: aliæ inuidæ, & ornatus, & politurę ſtudioſæ, vt pauones. Sed quid vltrà? nónne omnes ſuis prouident natis, idque ſumma diligentia & ſolertia, vt ſcribit Cicero, natura docente? quin vt idem alibi k, dedit eadẽ natura belluis, & ſenſum, & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſcendos, altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus. Quis non aſtutiam pinnophylaces, & paſtinacæ in quærendo cibo dixerit ſubtilem & ſcientificam cum Plinio l? Quis etiam cum Cicerone m plataleæ auis ingenium non miretur, quę aſtu & vi cibum ex roſtris marinarum auium extorquet? Quis non eximios apud Ariſtot. Theophraſtum, Ælianũ, Plinium animantium non videat mores ſagaces, & doctrinam viuendi naturalem medendi, fugiendi, cauendi, & huiuſmodi peritiam?

i 3. de finibus.
k 2. de nat. deor.
l lib. 9. ca. 42.
m 2. de natu. deo.

ritiam? Imo & rerum futurarum & incertarum præscia esse eadem legimus & nouimus: vt huic etiam homines non vereãtur exempla & cautionem sibi, velut ex sacrario constanti naturę vtilia depromere. Delphini tranquillo mari lasciuientes, flatum ex ea qua veniunt parte, imminere designant: & turbato mare spargentes aquam, trãquillitatẽ. Loligo volitans, conchæ adhærescentes, echini sese affligentes aut cũ arena saburrantes, tempestatis signa sunt: ranæ quoque vltra solitum vocales: & fulicæ matutino clãgore, item mergi anatesq; pennas rostro purgãtes ventum. Cæteræq; aquaticæ aues concursantes. Grues in mediterranea festinantes, mergi maria aut stagna fugientes, grues silẽtio per sublime volantes, serenitatem, vt noctua in imbre garrula, at sereno, tempestatem. Corui singultu quodam latrantes, seq; cõcutientes, si perseuerent ventos, vt si carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem: Graculi serò à pabulo recedentes hyemem, & albæ aues cùm cõgregabuntur, & alia sunt huius præcognitionis exempla apud Plinũ. [n] Nónne & Hieremias [o] testis etiã? miluus in cælo cognouit tempus suum, inquit, turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Nónne etiam in vsus suos inuenta

n li. 18. ca. fin.

o cap. 8. c. versu. 7.

uenta & edocta ab animalibus, trãſtulit homo? quis ignorat chelidoniam herbam, & eius alexipharmachum, contra oculorum tenebras ab hirundinibus inuentam? Inuenerunt & canes canariam, qua faſtidium leuãt. Ceruę monſtrauere elaphoboſcon, itẽ ſeſeli, enixæ à partu: & ad vulnera dictamnum, quo depaſto à ſe excutiũt tela infixa, vt ſcribit idem Plinius, p & plura Ariſt. q Et alibi Plinius. r Nec referre opus eſt politiam & regnum apum & gruum, prouidẽtiam formicarum, aliáque innumera doctrinæ naturalis exempla: cùm & ſcriptum de animalibus ſit, aliqua & docibilia eſſe, & imitationem quandam virtutis habere: alia in quibus (vt ſcribit Cicero, s non corporum ſolùm eſt ſimilitudo vt in ſuibus: ſed etiam animorum aliqua ex parte motus quoſdam videmus, veluti in leonibus, canibus, & equis, & huiuſmodi, & diſciplinę plures animantes capaces eſſe docuit Ariſt. a Vrſæ cùm fugiunt, ſuos catulos propellũt, ſuſceptóſque portant: cùm ab inſectante iam occupantur, arbores conſcendunt. Herinaceus in cauernis habitans commutat ſua cubilia aquilonũ, & auſtrorũ mutatione: hirundo confingit nidos implicito luto feſtucis, ad normam lutariæ paleationis, mira prouidentia natis impertit cibum, obſeruans

p li. 25. ca. 18.
q lib. 9. de hiſtor. animal. ca. 6.
r li. 8. cap. 27.
s 5. de fini. bonor.
a 1. de generat. animal. & lib. 1. metaph. cap. 1.

seruans ne qui acceperit, bis accipiat: excrementa pullorum foras parentes eiiciunt, póstq; adultiores iam natos circumagi, foráſque illos eiicere edocent. Turtur non alium quàm vnum marem superinducit Arist. teste.[b] Prudentiam gruum nemo ignorat, nec quis sit pudor elephantum, qui nunquam nisi in abdito coëunt, nec adulteria nouere, vt notat Plinius [c], qui & huic generi animalium tribuit [d] cum humanis sensibus affinitatem, intellectum sermonis patrij, religionem, cultúmque syderum, solis ac lunæ venerationem, æquitatem, probitatem, obedientiam, & officiorum quæ discere memoriam, ad permulta namque officia eruditur, & intelligit. Id quoque narrat Arist.[e] cùm enim hęc bellua cęteris sit prudentior (vt ait Cicero) [f] illa visa est aliquando Romanis habere cum humano genere societatem, vt idē Cicero scribit. Legimus etiam tanta puritate esse camelos, vt nunquam cum matribus coëant, & admissos in matres opertas, postquam velo sublato cōperissent, conscientia admissi sceleris, camelarios occidisse, vt scribit Arist. [h] Nemo non admirabitur artem scarabei pillularij, dū ex fimo in orbiculos agitato & effosso posteritatem profert: nemo non alias infinitas belluarum, tum delphinorum, remo-

rum

[b] lib. 9. de histo. animal. cap. 6. & 7. & ca. 10

[c] li. 8. cap. 5.

[d] li. 8. cap. 1.

[e] lib. 9 de histo. animal. cap. 46.

[f] 1. de natu. deorū.

[g] ad Mariū lib. 7. epist fam epist 1.

[h] li. 9. histo. anim. ca. 47.

rum, polyporum astutias: necnon aliarum artes conspicuas, & ante oculos positas nō fatebitur. Et his omnia natura docuit singulis, & à natura potestatem hāc agendi ita connatam habent. Nec iurisperiti suis in responsis ab his abhorrent. Siquidem Domitius Vlp. Papinianeæ doctrinæ auditor, in Phænicia prouincia natus, aliquando magister scriniorum sacrorum Alexandri Cæsaris, i scribit ius naturale extendi ad belluas, quadam, vt intelligendum est, participatione: ius, inquit, naturale est, quod natura omnia animalia docuit: idque firmat exemplis, hinc descendit maris & fœminæ coniunctio, quæ in coniunctionibus hominum legitimis dicitur matrimonium: hinc liberorum procreatio, educatioque. Videmus enim istius iuris cętera animalia, perita censeri, feras quoque bestias. Hoc & postea qui anacephaleosim iurisconsult. breuius cōtexuerunt & institutiones iuris ciuilis collegerunt, iussu Iustiniani, nempe Tribonianus, & socij, iisdem ferè verbis iúsque exhibuerunt legum tyronibus k. Quid autem sit hæc natura, quæ hæc docuit, Dei prouidentiam qua singula sibi à Deo præscripta peragunt existimo omnibus palam esse. In genesi quippe vniuersali rerum rebus cunctis Deus propria distribuit,

i in li quæ est ordine 2. de iust. & iu. lib. 1. pand tit. 1. in § ius naturale.

k in § 1. de iure natu. gen. & ciui. lib. 1. instit. iur. ciui. tit 2.

stribuit, cùm, quæ generationis sunt, tum ea quæ ad conseruationem geniti necessaria erant, quæ quanquam minima videantur, sunt tamen sapientissimæ & indeficiẽtis prouidentiæ & generaliter & particulariter certissima argumenta: vt nõ tantũ rerum omnium generalis in Deo admirãda sit cura, sed & minimarum solicitudo, quæ non secus ac malum granatum vno ambitu corticis, & omnia inclusa nutrit, & acinos etiam domũculis diuisos alit pari cura. Respicite inquit Christus [l] volatilia cæli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis nutrit ea. Et Dauid [m] produxit iumentis fænum, & herbam seruituti hominum, & saturabuntur ligna campi, & in cedris libani quas plantauit passeres nidificabunt: herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis, petra refugium herinaciis, fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum. Posuit tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ, catuli rugientes, vt rapiant & quærant à Deo escam sibi. Et paulò post dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, deficiẽt, & in puluerem

[l] Math. 6. vers. 26.

[m] Psal. 103. b.c.

uerẽ ſuum reuertentur. Et rurſum n oculi omnium in te ſperant domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Et vis adhuc vltrà tibi probari naturæ animalium, vt reliquarum rerum, authorem eſſe dominum Deum? recordare literis conſignatum, animalia verbo Dei tanquam ad domini vocem obediſſe, & naturam pro eius nutu temperaſſe vel exuiſſe, & ſeruis eius peperciſſe. Intuere Danielem in lacum famelicorum leonum ferociſſimorum depoſitum, remãſiſſe illæſum. o Et Ionam Prophetam è vẽtre piſcis prægrandis, vbi tribus diebus & tribus noctibus manſerat concluſus, viuum exeuntem, quando dixit piſci Deus vt eum in littore deponeret. p Contemplare omnia genera ferarum, etiam earum quæ domari non poſſunt, iuſſu Dei cum Noacho in arca ferè per annum pacificè victitaſſe q deinde r in hæremo magna ac terribili, in qua erat ſerpens flatu adurens ſcorpio & dipſas, magnum apparuit in virus eorum Dei imperium. Scimus & viperam, quæ inuaſit manum Pauli in Mytilenæ inſula, contra eius feræ naturam & barbarorum inſulanorum expectationem, nihil nocuiſſe. s Scimus & aſinam Balaami contra eius naturam,

n Pſal. 144 c. verſ. 16. 17.

o Daniel. 14. c.

p Ionæ 2.

q Geneſ. 7. cap.

r Deutero. 10. cap. 8.

s vt ſcribitur actuum cap. 28. 2. verſ. 3.

naturam, iussu Dei au horis naturæ, & dispensatiuè loquutã.t Omitto pleraque huiusmodi exempla ex historia patrum Lausiana, Abdiæ, & Theodoreti, Hieronymi, & aliorum recensere, cùm indubitatum sit inter Christianos, potestatem datam à Deo hominibus in eius nomine conculcandi leones, dracones, serpentes & superandi lęthalia huiusmodi, vquã nemo dicet ab alio dari potuisse, quàm ab eo, qui naturã singulorũ in suá manu haberet. Nouerunt & Ethnici inter cęteros Plinius x dum ait, hic est ille qui plurima in vita inuenit Deus, hoc habet nomẽ: per quẽ & intelligitur eadem & parens rerũ omniũ & magistra natura. Ideo respiciens ad authorem naturæ, sic rursus scribit. Idẽ Plin. y mihi contuẽti se persuasit rerum natura, nihil incredibile existimare de ea. Et Cicero z naturæ rationem dixit diuinam legem. Et alibi a nos naturam optimam ducem, tanquamq; Deum testatur sequi debere, tanquam inquã Deũ, non quod natura Deus sit, vt rati plerique antiquorum sunt, sed quia natura nihil aliud est, quàm diuinæ prouidentiæ instrumentum, quæ vbi videtur prouidè incedere, non ducit seipsam ipsa, sed ab ipsa prouiden ia ducitur, fines omnium ordinesque & in seipsa præscribente, & naturę prout vult

t numer. c. 32.

v Lucę ca. 10. c. vers. 19.

x li. 25. histo. natu. c. 3.

y li. 11. cap. 3.

z tertio of.

a In dial. Lælij vel de senect.

vult inscribente: Quocirca Plato [b] ponit duas causas rerum omnium effectrices, diuinam & humanam: diuinam quidem naturæ omnium effectricem: humanã autem artificialium. His consentire videntur Epicurus & Lucretius, nisi quod ipsi naturam ipsam diuinam putarunt, decepti quòd nescirent naturam tam certam & admirabilem esse, quòd à Deo regeretur. Sic enim de Epicuro Lucretius testatur: [c]

[b] lib. 15. in sophista vel de ente.

[c] lib. 3. de rerum natu. ver. 14.

Nam si nul ac ratio tua (scilicet ô Epicure) cœpit vociferari.
Naturam rerum diuina mente coortam:
Diffugiunt animi terrores: mœnia mundi
Discedunt: totum video per inane geri res.
Apparet diuum numen, sedesq; quietæ:
Quas neq; concutiunt venti, nec nubila nimbis
Aspergunt, nec nix acri concreta pruina
Cana cadens violat: semperq; in nubibus æther
Integit, & largè diffuso lumine ridet.

Sunt & alia philosophorum, & Ethnicorum testimonia, qui causam & vim efficacem naturæ ex Deo pendere docuerunt. Cæterum cùm & rerum omnium creatio ad Deum omnino, certius nunc referatur, vt & forsan aliâs, si se offerat locus, dicemꝰ, non egemus vt existimo pluribus testimoniis pro superiorum probatione. Ex quibus etiam & non obscurè ratio apparet, vnde & quare animalibus quædam doctrinæ natura-

turalis ineſt capacitas & potẽtia, aliquibus tamen magis, aliis autem minus, ſicut Deo omnium opifici ſapientiſſimo placuit. alia namque extra communem generis animãtium potentiam, aliam habent potentiam præſtantiorem, ſuntque docibilia animalia, alia nequaquam arte hominum ſicurari queũt: vt in volucribus hirundines ſunt indociles: è terreſtribus mures: cùm elephanti iuſſa faciant, leones iugum ſubeant, in mari vituli totque piſciũ genera miteſcãt, vt notat Plinius [d] eo modo non ſolùm naturali ſed etiam acquiſititia doctrina fiunt mirabiliora: ſicuti & videmus aues varij generis, arte plura, quàm natura doceat potentia tamen præcurrente, addiſcere: vt pſitacos, & picas, & coruos voces humanas imitari, ob linguæ craſſitudinem, & continuam illarum in his quæ docentur meditationem ſiue conſuetudinem. Quod induſtriæ hominis, vt ſibi aliquid victus cauſa compararent tribuit Perſius. [e]

[d] lib. 10. cap. 45.

[e] In prolo. ſatyra. ver. 8.

Quis expediuit, inquit, pſittaco ſuum χαῖρε?
Picáſq; docuit noſtra verba conari?
Magiſter artis, ingeniiq; largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.

Scribit & Plinius [f] cardueles minimas omnium ferè aues, imperata, nec voce tantùm, ſed & pedibus pro manibus facere, &

[f] li. 10. ca. 42. & 43.

turdum

turdum Agrippinæ coniugis Claudij Cæsaris, imitari voces hominum. Et habuisse Cęsares sturnum, & lucinias Latino & Græco sermone dociles. Romæ etiam coruum visum, nominatim salutantem Tyberium & Germanicum, & Drusum, & populum. Nos quoque tales videmus Tholosæ, quin & apud nos nutritæ duæ fuerunt aliquando auiculæ, quas vocant Græci ægitos, Latini salutes, Galli linotes, quæ miras cantionum modulationes percurrebant, hinnitúsque equorum, & siquid aliud audiebãt, imitabantur, tantæ erant docilitatis. Sunt & in quadrupedibus quædam aliæ, supra naturæ propriæ opera, potentiæ: veluti traditur elephantes ad prælium edoceri, itẽ funambules alios factos. Et nos sæpè vrsos vidimus saltare ad rithmum tibiarum, hastam erectos ad iussum histrionis in humeros iactasse, deferre, & mouere: simias ludicra infinita mimorum voce adactas facti tasse: sunt & his pleraque similia à multis visa, quæ docilitatem & adeptam doctrinam animalium indicant, atque admirabilem naturæ, & per consequens Dei authoris natutæ, sapientiam, vsque adeò præstantem, vt plerique ex animantium singulorum collatione cum homine facta reuocauerint in dubium, num bruta ratione

vterentur. Qualis extat docta certè & accurata controuersia apud Plutar.g Quod & constat vt hactenus docui, omne animal brutũ natura à Deo optimo infusa, ad certam doctrinæ speciem potentiã accepisse, non absurdum videri debet, per eandẽ naturam, homine qui cum anamalibus participet, eandem cognoscendi vim ac potẽtiã inditam, & quia etiam is supra animalium naturam præstantior, aliquid maioris potentiæ & facultatis ei tributum esse à Deo. Sicuti enim vt scribit Cicero h equus ad cursum, ad arandum bos, ad indagandũ canis: sic homo ad duas res, ad agendum & intelligendum est natus. Estque omnium animalium longè sapientissimus, vt ait Aristot. i Et Iuuenalis k loquens de natura hominis ait:

g Libello qui inscribitur num brutis ratio insit, inter Vlissẽ, Circem, & Grillum.

h lib. 2. definib. bono. & malo.

i lib. de mundo.

k Saty. 15. versi.

-Separat hæc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces?
Atque exercendis capiendisq; artibus apti
Sensum à cælesti demissum traximus arce:
Cuius egent prona & terrã spectantia mundi.

Atque Claudius Ælianus Prænestinus l his verbis à brutis hominẽ distinguit scribitque ἄνθρωπον μὲν εἶναι σοφὸν, καὶ δίκαιον, καὶ τῶν οἰκείων παίδων προμηθέστατον, καὶ τῶν γεινομένων ποιεῖσθαι τὴν προσήκουσαν φρόντιδα, καὶ

l In Prolog. lib. 1. de animal.

καὶ τροφὴν ἑαυτῷ μαντεύειν, καὶ ἐπιβουλοὺς φυλάττεσθαι, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα αὐτῷ σύνεστι δῶρα φύσεως, παράδοξον ἴδως οὐδέν. καὶ γὰρ λόγου μετείληχεν ἄνθρωπος τοῦ πάντων τιμιωτάτου, καὶ λογισμοῦ ἠξίωται: ὅσπερ οὖν ἐστι πολιαρχέστατος τε, καὶ πολυωφιλέστατος, ἀλλὰ καὶ θεοὺς αἰδεῖσθαι οἶδε καὶ σέβειν. Id est,

hominem quidem esse sapientem & iustũ, propriorum liberorum prouidentem, & factorum gerere conuenientem curam, & sibi inquirere cibum, insidiásque cauere, & cætera in eo esse naturæ dona, non est valde paradoxon: est enim rationis particeps factus homo, qui est omnium honorabilissima creatura atque ratiocinatione digna habita: pluribus in rebus seipsum iuuare & promouere potest, & Deũ venerari & colere. Aliorum hac de re etiam nobis suppetũt testimonia, quæ Deo fauẽte fusiùs proprio loco tractabimus: sufficiet autem in præsentiarum prosequi vnde & à quo sciendi vim natura hominis ortũ habuerit. Qua in re contemplemur oportet initio hominem à Deo creatũ esse perfectum, & omni ex parte rerum omnium peritum. creatus namque est ad imaginem & similitudinem Dei, quod ad animæ pertinet præstantiam, siquidem ratione animæ nõ corporis, imago [m] accipienda, vt errantes hæreticos

[m] Gen. 1.

quosdã declinemus, vt docet D. Chrisost. [a] Componitur etenim homo duabus partibus potioribus, corpore inquam & anima, Primæ partes animi, secundæ corporis, vt ait Cicero, [o] & Aristot. [p] homo vt animal constat anima, inquit, & corpore: quorum vnum imperat secundum naturam, nempe anima: aliud paret, nempe corpus. Quæ & sequitur Plutar. [q] Quamobrem duæ in homine cognoscendæ naturæ, animæ vnam, corporis alterã, quas sola discernentes intelligentia, & distinguentes contemplatione subtilissima velut etiam imaginatione animi continentes, non sequestramus adinuicẽ: nec eas reciproca virtute partimur, sed vnius esse prorsus animaduertimus: ita vt iam duæ, non amplius duæ sint, scilicet quod vnaquæque secundum se subsistat, quinimo vtraque vnum animal faciat, vt scribit D. Cyrillus [r] Alexandrinus. Sic anima rationalis & corpus vnus est homo, vt ait Athanasius, [s] & vtrũq; Deus creauit in vno supposito, iustissimis rationibus. Atq; vt probat D. Greg. Naziãze. [t] homo & corpore & cælesti spiritu compactus, vt quando propter imaginis formæque præstantiã efferremur, luti materiæque humilitate deprimeremur. Ex luto enim Deus creauit corpus, [v] sed tanta admirabiliq; præstãtia, vt

[a] tom. 1. oper. homi. 8. in Gen.
[o] 2. & 5. li. de fini. bono. & malo.
[p] lib. 1. politic. cap. 3
[q] Libello de virtu. morum.
[r] epist. vlt. ad Successum Isaniæ Episcopũ.
[s] In symb. fidei.
[t] oratio. de pauperib. amandis.
[v] Genes. 1.

vt sapientiæ & scientiæ eius, ex opificio perpetuo nobis relinquatur admiratio, tam cõcinnæ compositionis mirabilem Deum fuisse solum opificem, vt latè docet D. Cyrillus [x] Hyerosolimitamus Episcopus. Sũt enim in hominis corpore certè tam admirandæ partium connexiones, & vsus membrorum insignis diuersorum, subtilissima structuræ colligatio membrorum, vt scribit Irenæus, [y] tercẽtorum viginti quatuor, vt non nisi supernaturalem artificem horum authorem credere cogãt. Iũgitur huic thesaurus, anima scilicet, corporis infinitus, quæ vasis fictilibus vt ait Paulus [z] continetur. hinc opus eximiè formatum & affabre factum, miro decore & pulchritudine celebre, à Deo, qui quidem homine non indigebat, sed vt haberet in quem cõferret sua beneficia, vt scribit idẽ Irenæus. [a] huius pars vna, nempe anima creata initiũ habuit, finem vitæ tamen habitura non est, quod ad substantiam pertinet, immortalis: corporea autem altera pars hominis est mortalis, animata, & suffulta, ex indita anima. Ideo eius pars nobilior hominis, anima inquam, homo verè dicitur: quoniã Deus inspirauit ei animam quæ operatur, & insufflauit ei spiritum vitalem. [b] Et rursum formauit Deus hominem de limo ter-

x catach. 4. illumin.

y li. 1. contra hæreses cap. 14.

z 2. Cor. c. 4. c. ver. 7.

a lib. 4. cõtra hære. cap. 28.

b Vt scribitur Sap. cap. 15. c. versi...

ræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. c Et inde pendet nobilitas illa hominis, ſupra reliquas creaturas. Planta ſiquidem cæleſtis homo, quæ quantum figura formáque corporis cæteris antecellit, tantum dignitate animæ præſtat: hic caput animalibus cunctis ad humum pronum ad ventrem reſpicit, voluptatẽ omnibus modis proſequitur: caput hominis ſurſum in cælum exſurgit, oculíque ſupera non terreſtria contemplari accommodi. Vt ſiquãdo aliquis carnis, & corporis ſtimulis ſuccumbat, ventríque & his quæ ſunt ſub vẽtre inſeruiat, comparabitur meritò iumentis inſipientibus, quia ſimilis factus eſt illis, vt magnificè ſcribit verè regius antiſtes Baſilius magnus. d Et vt ait D. Auguſt. e duę ſubſtantiæ quidẽ in homine ſunt, vna corporis cum ſuis ſenſibilibus, alia animę cum ratione: ſed corpus nihil operatur ſine anima, ſine corpore autem anima ratione ſua agit. Quare & Plato f exiſtimat nihil aliud eſſe hominem, quàm animam. Et alibi g idem Plato ait, ἡμεῖς ἐσμὲν ψυχὴ ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ, id eſt, nos ſumus, anima immortalis quæ incluſa eſt in mortali loco minuto. Cui adſtipulatur Arnobius, h quid, inquit, aliud ſumus,

a Geneſ. c. 2. b. ver. 7.

d homil. 9. li. examer. e li. de eccleſ. dogmat. ca. 20

f lib. 5. in Alcib. 2. ſiue de natura homi.

g lib. 37. in axiocho.

h lib. 2. contra gẽtes.

sumus, quàm animæ corporibus inclusæ. Atque etiam Hæbræorum præcipui, partem immortalem hominis, nempe animam præcipuam, verum esse hominem arbitrãtur, corpus verò quasi hominis esse indumentum, vt scribit Eusebius Pamphil. i & Aristoteles. k Sed clarius sacræ literæ in homine duplicia considerant, id quod exterius apparet, quod carnalem dicunt & exteriorem hominem: & quod interius est, nempe animam, quã vocant interiorem hominem. Ad imaginem Dei homo interior, nempe anima, creatus est, non homo exterior. Cùm Deus sit spiritus, ísque omni mole corporis careat, inquantum Deus, vt notat D. Ambrosius. l quanquam aliter alij, sed alieni ab ecclesia catholica pro hæreticis iudicati, senserint: corpus scilicet ad imaginẽ Dei creatũ, quę est Anthropomorphitarum hæresis introducta ab Andeo quodã & genere & lingua Syro, vt scribit Nicepho. Calist. m dixit porrò sacra scriptura cautè ad imaginẽ Dei & similitudinẽ Dei, factum hũc hominem, vt doceret nõ ex natura Dei illũ esse, quia ad imaginẽ, hoc est ad similitudinẽ imaginis Dei: imago autem Dei vera est filius Dei, Deus ipse, vt ait Paulus. n Nos autem non imago Dei, sed ad imaginẽ & similitudinẽ

i lib. 2. de præpar. euang. ca. 2.
k li. 4. politic. ca. 4.
l tomo 1. li. de institut. virginis c. 2. & 3.
m li. 11. ca. 14.
n ad Colos. ca. 1. vers. 16.

Dei,facti & creati,nõ geniti.Anima nãq; à Deo facta,nec ex ſubſtãtia Dei eſt vel procedit,ſed ex nihilo facta, vt latè docet D. Auguſt. o & D.Ambroſius. p Homo, inquit,non eſt imago Dei, ſed ad ſimilitudinem factus:alia autem eſt imago Dei inuiſibilis primogenitus vniuerſę creaturæ,per quem facta ſunt omnia:ille non ad imaginem ſed imago: tu non imago,ſed ad imaginem. Habes ergo aliquid in tua ſubſtãtia de imagine & ſimilitudine Dei,quod ſit diuinæ ſimile imagini:Audiamus & Athanaſium qui ratione aliqua explicat facilius. Is enim ait, q Homo (ſcilicet purus, de Chriſto namque non loquitur qui & verus Deus & verus homo eſt) in ſua & vnica hypoſtaſi & ſubiecto, ad ſimilitudinẽ Dei factus eſt, non tamen eſt homo Deus:non enim quod alteri ſimile eſt, id idem eſt cũ ipſo cuius ſimilitudinem gerit:veluti ſimile eſt regnum cælorum ſagenæ & ſemẽti, nec tamen eſt quicquam eorum regnũ cælorum: ſed ſimilis Deo homo in aliquo. Quod autem in aliquo factus ſit ſimilis, illud ex inſufflatione quam Deus fecit in faciem hominis ortũ eſt,illud adhuc eſt participatio Spiritus ſancti:nõ tamen inſufflatio illa anima eſt, ſed id quod animæ præſtantiam dedit.Et aliud eſt efficiens, aliud effectus,

o lib.1. de Orig. animæ ad Hieron.ca.28. & lib.1. de anima.c.4. & lib.Soliloq.animæ cap.30.

p tomo.2. ſuper pſal. 118.ſermo. 10.

q In refutat. contra hypocri. Meletij,& Pauli Samoſaten.

effectus,& quod patitur,vel in quo aliquid operatur.Docentq; nos id verba [r] ea:Et insufflauit in faciem Adam Deus,& factus est homo in animam viuentem. Non enim dixit,& facta est insufflatio anima viuens,sed factus est homo in animam viuentem. Et ne in tam seria re sine authore loqui videamur, erit sententiæ istius assertor eximius, Diuus Cyrillus patriarcha Alexandri. [s] Nō potuit,inquit,homo ad imaginē esse creatoris,nisi Spiritusancto participaret:si quis enim,vt ait Paulus, [t] Spiritum Christi non habet,hic ipsius Christi non est. Notandū itaque illam Spiritus sancti participationē expressiorem Dei docere imaginem, quā tamē deturpamus peccato. Quod latius & melius idē Cyrillus explicat [v] his verbis, formato ex terra homine sufflasse in faciē ipsius Deum,Moses ait,spiritum vitæ,& factum hominem esse in animam viuentem: spiritum autem ita per sufflationem homini datum,non dicimus animam esse hominis:esset enim immutabilis tanquam ex diuina progressus essentia,sed Spiritus sancti participationem,animæ hominis impositā credimus. Creaturarum enim per spiritum perfectio est.hunc ad imaginem Dei factū asserimus, quoniā participatione Spiritus sancti ad Deū formatus sit.Sed quē spiritū

[r] cap. Genes.2.

[s] lib.4. Thesau.cō tra hæret. ca.1. to.2.

[t] ad Rom. cap.8.ver. 9.

[v] lib.13. thesau.contra hæret. cap.3.

Moſes per ſufflationē datum homini aſſeruit, hunc rurſus Deū per reſurrectionē renouans in nobis inſufflauit diſcipulis ſuis, dicens, accipite Spiritum ſanctum: vt reformati ad priſtinam imaginem, creatori conformaremur per participationem Spiritus ſancti. Hactenus Cyrillus Alexandrinus patriarcha. Mandarunt etiam literis Ethnicorum philoſophi animum hominis quiddā eſſe diuinum, in quo rerum pene infinitarū eſſent cognitiones, & diuinationes, vt ſcribit Cicero. x tum Plato y voluit homini cum Deo eſſe appellationis parilitatē, conſortiumque naturæ, vt ob hanc participationem dij homines in ſacra ſcriptura dicti ſint participes eorum quæ Dei ſunt, ideſt agentes quæ Deus agere ſolet, cùm tamen vnus ſit Deus natura. Eadem & ferè cēſuit Apollon. Thianeus, z vt ſcribit Philoſtratus. Ait enim, quòd ſit hominib⁹ cū Deo quædam affinitas per quam ſolum in animalibus Deum homo cognoſcit, & de propria natura philoſophantur, & in quo diuinitatis eſt particeps, formaq;, vt aiunt, Deo ſimilis eſt: virtuteſque à Deo colligit hominibus prouenire. Hac nos imagine etiā capaces ſumus ſcientiæ, imò ſcientes: & quantò quis puram nitidamque hanc conſeruat, tantò præſtantius cognoſcit, diju

x lib. 2. de fin. bonor. aut malor.

y In Timæo.

z lib. 8. de eius vita cap. 3.

dijudicat, & altiora & secretiora penetrat, veluti quadam cum Deo omniscio, familiaritate consuescens, & ab illo hauriens: eò radiorum diuinitatis capacior, quò puritate Deo magis coniungitur. sicuti in cœlesti illa hierarchia teste diuo Dionysio Areopagita, [a] proximiores ordines Dei contẽplatione, Deo proximiores, secretiora, à Deo veritatis rerum speculo & prototypo perfecto, hauriunt & cognoscunt: quare & Deo viciniores, rursum Seraphin dicũtur, id est, scientes vel ardentes. Constat etiam antiquos, qui mundam & impollutam transegerunt vitam, non eguisse doctoribus vel literis, siue scientiarum scripturis, sed literarum loco gratia Spiritus sancti vsos. Nã & Noacho & Abrahæ, Iobo, & Mosi, per semetipsum locutus Deus, non per literas, quia scilicet munda eorũ corda repererat. Postquam autem populus Iudæorum, in vitiorum ima delapsus est, necessariò iam inde litteræ datæ ac tabulæ, & ea, quæ per eas tradita est admonitio. Et hoc non tantùm probis viris prioris sacrosancti testamenti, sed etiam noui, accidisse legimus. Si quidem nec apostolis scriptũ aliquid tradidit dominus noster Iesus Christus, sed literarum loco Sancti spiritꝰ gratiam, se illis daturũ repromisit. Ille, inquit Spiritus paracletus,

[a] lib. de cęl. hierar. cap. 7.

cletus, quem mittet pater, ſuggeret vobis omnia. [b] Et rurſum, ante reges & principes ducemini propter me in teſtimonium illis, & gentibus: cùm autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis, vt ſcribitur apud D. Matth. [c] & apud Lucam [d] Spiritus ſanctus docebit vos, quid oporteat vos dicere. Quomodo autem docuerit illos, habetur in hiſtoria Apoſt.[e] dũ in die Pentecoſtes repleti ſunt diſcipuli & Apoſtoli domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Quocirca & D. Paul.[f] an experimẽtũ quęritis eius, ait, qui in me loquitur Chriſtus. Et D. Lucas [g] ſcribit Chriſtum aperuiſſe diſcipulis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, hæcq; longè antè facienda Deus pollicitus erat etiam. Is enim cùm parcere peccatis, & lapſum primi hominis reparare decreuiſſet, infirmitatem etiã imaginis ſtabilire decreuit, & obſcuratum intellectum purificare, ſua abſque meritis noſtris gratia. Sic enim ſcribit Hieremias, [h] hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſraël, poſt dies illos dicit dominus:

[b] Ioan. ca. 14. d. verſi. 26.
[c] cap. 10. b. verſi. 18. 19 20.
[d] cap. 12. b. verſi. 12.
[e] Act. c. 2. a
[f] 2. ad Cor. epiſt. capit. 13. a. verſi. 3.
[g] cap. 24. g. verſi. 45
[h] cap. 31 f. verſi. 33.

dominus: dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vltrà vir proximũ ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens, cognoſce dominum: omnes enim cognoſcẽt me, à minimo eorum vſque ad maximum, ait dominus: quia propotiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. Quod & D. Paul. impletum teſtatur, [i] Vos epiſtola, eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis & ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Vidimus etiam Apoſtolos anteà piſcatores, vel telonio, vel pellibus addictos, eo ſpiritu repletos & edoctos, mentéque purgatos, ſupereminentis doctrinæ gratia facundiáue repletos: atque tantæ doctrinæ præſtantia, omnium dogmatum errores, gentiliũ, Græcornm, Perſarum, Chaldæorum, Indorúmve detexiſſe & perdidiſſe, arcanorúmque incognitorum adyta reſeraſſe: & toto orbe terrarum breui tempore, omniũ philoſophorum ſectas ſuperaſſe, & ad ſanctiſſimam verámque philoſophiam, calcatis erroribus, impiis, cæleſti veritatis lumine illuſtratos, adduxiſſe, ac ſimul & per vniuerſa latiſſimi orbis loca, doctrinam atque

[i] epiſt. 2. ad Corin. ca. 3. a. ver. 3.

que philoſophiam veram ſuam firmis radicibus plantaſſe. Non alia ratione, quàm quod ſemina doctrinæ illius, ab illuſtrata mente & purgata, recepta fuerint, poſt miſſionem ſpiritus ſancti, & reparationē imaginis per Chriſti paſſionem, veritate ipſa ab ea eximia potentia hauſta, quæ verè per ſe, apud omnes homines rationis capaces, viſa eſt eiuſdem efficaciæ: veluti & quæ vera ſunt apud omnes, non aliter quā vt ſunt, ſe habere poſſunt. Quod non ante illud lumē ſpiritus ſancti receptū cōtigerat apoſtolis noſſe: quibus & Chriſtus dixit: [k] Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: cùm autē venerit ſpiritus ille veritatis, docebit vos omnē veritatem. Vis autem ſcire hunc ſpiritum ex Dei imagine eſſe, audi quid his ſubiungatur, [l] Non enim, inquit, Chriſtus Deus, loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vobis. omnia quæcunque habet pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Et forſan hoc in loco non inutiliter D. Bernardus citabitur, [m] Homo, inquit, ad imaginem Dei creatus eſt & ſimilitudinem, hoc eſt ad intellectum

[k] D. Ioan. euāgel. ca. 16. B. ver. 12. & 13.

[l] in d. cap. 16. D. Ioan.

[m] in medit. ſuarū princip.

&

& meditationem filij, per quem intelligimus & cognoscimus patrem, & accessum habemus ad eum. Mens siquidem nostra eo ipso imago eius est, quò eius capax est, particépsve esse potest. Nec tam simile est illi summæ sapientię, quàm mens rationalis, quæ per memoriam, intelligentiam & voluntatem, in illa trinitate ineffabili consistit. Ex quibus duo colliges, nostram imaginem esse ad intellectum & contemplationem filij: secundò trinitatis sanctissimæ in nostra mente esse imaginem. Quid autem est quæso Dei contemplatio, & filij Dei, quàm rerum omnium cum eius cognitione, dilucida cognitio? omnia enim parer cum filio nobis donauit. α

α. ad Rom. c. 8.

Et in mente diuina & in Deo ipso, omnes res veluti in idearum omnium prototypo & authore, relucent, vt in ipsissima veritate. Vndè qui Deum cognoscit, cognoscerέue potest, qualis est nostra mens, statim in illo omnia perfectius quàm ex qualibet alia arte cognoscet: & per consequens, verè sapientiæ & scientiæ fundamentum est, Deum nosse. Et tunc non tantùm existentia sed & non existentia, nempe præterita & futura assequetur: quia cognoscendo Deum qui perfectè res nouit antequam sint, & illas etiam in eo vt

splen

ſplendido & nitidiſſimo ſpeculo videbit. Quare aliquando Prophetæ vocabantur videntes, [n] quòd Deum ita videntes, ad conſulta reſponderent. Et olim vnuſquiſque, inquit textus, in Iſraël ſic loquebatur ſi conſuleret Deum, Venite & eamus ad videntem: qui enim propheta dicitur hodie, dicebatur tunc videns, & prophetia viſio: vt [o] viſio Eſaiæ prophetæ. Et rurſum, [p] nunquid non populus à domino requiret viſionẽ? Et iterum, [q] Prophetæ eius non nouerunt viſionem. Et alibi, quia locutus eſt dominus in viſione ſanctis ſuis. [r] Nec reticenda præſtantiſſimi viri ſententia, qui expertus, locutus eſt, ferè omnino anafphabetus, ſed omnium rerum & futurorum apprimè ſcius. Is fuit Beatus Antonius, ſummus vir & heremi cultor. Hic enim virtutem vllam non eſſe docuit futura prædicere, quòd è diuerſo in vitio non ſit poſitum futura non noſſe, vt ob hanc rem quis pænam metuat: Cæterùm vnum illud beatitudinis verè exiſtimabat: Ritè Deum alere, legéſque eius & mandata inuiolata ſeruare: ſi cui autem amor futura cognoſcendi inceſſat, puram, inquit, modo habeat animam, & futuri perſpectio eũ conſequetur, Deo veluti per ſpeculum aliquod, cognitionem exhibente. Exiſtimabat

n vt ſcribitur 1 Reg. cap. 9. b. ver. 9.

o Eſaiæ. 1.

p cap. 8. d. Ieſa.

q Threnorũ. cap. 2. c, ver.

r vt Pſal. 88. d.

mabatque vanum, quod in præsciendo ponebatur studium, cùm tamen ille valde ea prædictione polleret, vt etiam multò antè prædixerit Arrianorum persequutionem, vt hæc omnia de illo scribit Sozomenus,& posteà Nicepho. Calist. s Cassiodorus. t Et meminit de eius prædictione D. Chrisost. v Itaque puritas hæc mẽtis ad Dei cognitionem ex terræ fęcibus subleuata, prophetas & secretorum & futurorum scientes reddidit. Et Paulum plenè docuit, qui non ab hominibus neque per hominem, sed per reuelationẽ Iesu Christi se accepisse testatur. a Notusque Saul Dauid ex pastoribus vates facti, cognoscitur Salomon, vnica infusione secreta omnium edoctus: agnoscuntur & reliqui vates ex pastoribus & agricolis facti. Illustris Dauid subito incognitorum interpres. Nónne & primus homo Adam ante peccatum rerum omnium cognitionem habebat? Neque de eo quisquam dubitat: vel si illud nesciat, discat ex Genesi eius. Scribitur namque de eo b, hominem creatũ vt præesset & dominaretur piscibus, & aliis rebus à Deo creatis. item rursus omnia ad Adamum istius imperij confirmandi,& veluti obedientiæ præstandæ vel firmandæ causa à Deo vel angelis ducta, vt videret quomodo vocaret ea.

s lib. 8. Eccle. hist. ca. 40.

t In histo. tripar. li. 1. cap. 11.

v tomo 2. operũ homil. 8. in Math.

a Epist. ad Gala cap. 1 c. versi. 12.

b Gen. ca. 1. vers. 28.

Nomen namque rei cuiusque tale est, quale Adam imposuit. Quæ duo, nempe gubernare imperare ue, & nomina singulis imponere, non nisi eximiam & perfectam notionem demonstrant. Fuit autem concessa gubernatione & potestate necessarium, vt scientia gubernandi tribueretur. Nec enim aliter sine ea præesse bene potuisset, si quæ singulis expedirent, non nosset: non enim eadem regula omnia regũtur, sed secundũ cuiusq; naturam, propria cuique applicantur & conuenientia. Denique nominũ substantialis ratio haberi non potuit, sine cognitione substantiæ, alias enim temerè & extra vim nominis quod rem indicat, dicta nomina fuissent. Quod quidem lõgè abest à prisca primaq; nominis impositione, quę statim apud Hebræos naturam demõstrat: apud Hebræos dico, quia hi vtuntur idiomate, quo vsus creditur Adam. Et ita probat Eusebius Pamph. [c] Et hoc etiã nuncupandi more accommodato rebus, vsi sunt posteri eius linguę. Exempla penè infinita, id nos docere possunt. Ipse namque Adam, quia ex terra creatus, Adam dictus, quòd Adama, Hebræis significet terram rubram. Et prima fœmina, eo quòd mater sit omnium viuentium, Cheua dicta est, id est vita. [d] Abel, qui occisus, luctum significat.

[c] lib. 11. de præpar. Euang. c. 4.

[d] Genes. 1. & 2.

Seth,

Seth, quasi positus in locum Abel, quia Sathach, id significat, dictus Enos quasi vir dictus. Nohah, quasi consolans, quia ipse consolauit populum: id est, in diluuio, per illum genus humanum seruatum. Quid? nonne Abraham, pater gentium: Iacob, supplantator: Beniamin, filius dextræ: Iosue, saluator: Barionas, filius Ionæ: Cephas, petra vel Petrus, & alia huiusmodi in sacra pagina ostendunt? hoc etiam obseruatum fuisse nemo ambigit ab aliis in linguarum idiomatibus, qui Hebræos imitati, vel rationem hominis, rebus nomina secundũ idiomatum proprietates, pro cuiusque rei natura, imposuerunt. Plato [e] id ostendit etiam, statimque ab initio ait, necessarium fuisse eum, qui rebus nomina imposuit, scientem fuisse quales res fuissent. Nã secundum qualitates earum, nomina imposita multis exẽplis demonstrat, quæ quisq; videre apud illum poterit, & apud D. Athanasium alia. [f] Ex quibus constat Adamum notitiam rerum omnium habuisse cumulatissimè, mente iam recenter edita, atque munda, à Deo creata, capaci omnium earũ. Nec te moueat scriptum [g], Deum vetuisse Adamo, ne de arbore ligni scientiæ boni & mali comederet: quod plerique ignorantiæ tutandæ gratia contorquent vt, auertant

[e] Dialo. 23 in Cratylo.

[f] lib. de definitio.

[g] Gen. c. 2.

rerum cognitionem. Siquidem prohibebat mali actionem, nõ mali cautionẽ: mali autẽ actio scientia non est, imo ignorantia: nam si quis nosset malum quid sit, non declinaret à bono: Turpe enim & odibile malũ, & naturaliter à quolibet reiicitur si illud prænoscat: sicuti bonum pulchrum est, & cùm agnoscitur, concupiscibile est. Quinimo & ex prædicta prohibitione ne ederet ex ligno scientiæ boni & mali, tantum abest, vt fateamur sublatam boni & mali cognitionem, quin potius vtriusq; tunc concessam. Nam cùm datum esset liberum arbitrium Adamo edendi, & mortis pœna fuisset imposita si ederet, consequenter datam dicimus notitiam mali (quia quod mors sequeretur sciret,) & boni, si obediisset præcepto, & non manducasset. Neque aliter tã graui pœnæ mortis reus, nisi id sciuisset, quia ignorãter facta, veniã vtcumq; merẽtur. Sed dicet aliquis, cur posteà peccatò cõmisso cognouit se nudũ, cùm anteà non ita nouisset: videtur namque accessio facta scientiæ, nec omniũ notitiam habuisse Adamum anteà. Respõdeo, illam cognitionem nuditatis esse potius ignorantiam, ortam à peccati tempore: nam quòd tunc cognouit se nudum, certè crassa ignorantia est, quod etiam anteà se nudum fuisse non recorda-

retur

retur, si de corporis nuditate intelligamus. Sin autē de innocētiæ statu intelligam⁹, & eum eo se nudū esse dicamus cognouisse, ignorantiam certè ex peccato acquisitā & casum, & sic imperfectionē imaginis & denigrationem fateamur expedit. Vt autē explicem supinam illam & rudem ignorātiā, quæ ei post cōtumaciam obtigit, cōsidero pœnam impositā præcepto prohibitionis, & sententiæ executionem: dixerat namque Dominus, in quacunque hora comedetis, morte moriemini. Moriemini, priuationē vitæ indicat, separationem animæ & corporis, quibus cōstat homo: vita autem animæ est Deus, quia insufflauit, & participes facti sumus Spiritus Dei, modo quo docuimus. vnde & Paulus, [h] vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, cùm autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Atq; Deus vita dicitur, sic enim ipse de se testatur, Ego sum via veritas & vita. vitáque Deus omnium, quod viuere omnes ab ipso accipiant. vita autem illa quæ eius, omni vita superior, nullius indigua. Nam & ipse vita dicitur & super omnē vitam, vitæ author, excelsiórq; vita, vt ritè philosophatur D. Dionysius Areopa. [i] Et D. Ioannes euangelio, [k] quod factum est in ipso vita erat, & vita erat lux

[h] ad Col. 3. a. vers. 3. & 4.

[i] lib. de diuinis nominib.

[k] cap. 1. a. vers. 4.

hominum. Et rursum, [l] Ego sum panis vitæ. Et iterũ, [m] qui habet filium Dei, habet vitam, qui [n] non habet filium Dei, etiam vitam non habet. Sic Moses, [n] Diligas dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas: ipse enim est vita tua. Et alibi, [o] in ipso, inquit Paul. viuimus & mouemur. Quod ante ipsum, vnus gentilium Aratus, [p] dixerat. Et omnia quæcunq; sunt, viuunt, eo Dei fulcimento, & præsidio eius, [q] subsistũt. Cùm spiritus domini repleuerit orbẽ terrarum, & omnia in essentia contineat, sicuti dum aufert Deus rebus spiritum suum, omnia in puluerem suum, & ad nihilum reuertuntur. [α] Eodem & spiritu verbi domini, omnis virtus: [q] replet namq; omnia. [r] Sic enim hymnographus, quo ibo ab spiritu tuo? si ascẽdero in cælũ, tu illic es: in infernum, ades. Et Virgilius: [s]

Principio cælum ac terras, cãpósque liquẽtes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totámque infusa per artus
Mens agitat molẽ, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudúmque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus:
Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
Seminibus:

Quod & apud alios, qui aliquod numen venera

[l] Iohan 6.
[m] 1. Ioan. 5.
[n] Deutero. 30. D. ver. 20.
[o] actuum 17. f.
[p] in Phænomenor princ.
[q] Psal. 33.
[α] Psal. 103.
[r] vt Psal. 138.
[s] Aeneid. lib. 6. vers. 724.

venerati sunt, constat, vt Platoni & sequacibus, iisque potissimũ, qui vitæ autorem norunt. Porrò non æqualiter vis diuina, nec pari modo omnibus inest, sed aliter rebus corporalibus non viuentibus aliter plantis, aliter hominibus, aliter brutis: & alia præ aliis Dei maiore beneficio potiũtur, prout nobiliorem sortita sunt & capaciorem naturam, & vltra naturalem quandam & realem subsistentiam, egent ad illius naturæ perfectionem, Dei adhuc continuo auxilio. Sic anima, cùm immortalis substantiæ sit, tamen ad viuificandam & nutriendam illam substantiæ efficaciam, ad actus ad quos à Deo creata est, eget Dei perpetua gratia, vt eius ope actus exequatur. Vt enim corpus quantumuis animatum sit, sine cibo non potest diu viuere corporali, eóque sublato obnoxium est interitui, neque quicquam probi operari valet, macie medullis & corpore debilitatum, & sic non fungitur suis actionibus, pro mortuo habetur: Sic anima, quãquam sua natura viuat, tamen nisi cibo spirituali & veluti quadam Dei participatione vtatur, sterilis & obnoxia interitui ratione actionis & beatitudinis fit, priuatione cibi sui, & defectu luminis. Nec ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo

quod procedit ex ore Dei. t Quæ autem procedunt ab eo adorando ore, sunt præcepta eius, & quod voluntatis eius est. Scribitúrque, v Quærite Deum, & viuet anima vestra. Et cognitio Dei dicitur vita ęterna, hæc est enim, inquit Christus, x vitâ æterna vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ita à Deo duas vitæ trahimus vitas, vnã quod simus, essentiámque propriam habeamus, sic in eo & omnia quæ sunt viuunt, quæque sua proprietate subsistunt: alia hominis diuinior, qua is Deo fruitur, ab ea consolatur, illustratur, beatusque tandem fit. prima vita essentiæ, quod ad animæ substantiam pertinet non interit, quamuis intereat homo, corrupto corpore, & solutione facta corporis & animæ, & corporis in quatuor elementa ex quibus componitur. Quod ad secundam pertinet vitam & Dei illuminationem & fruitionem, declinante anima à Deo per peccatum ratione priuationis, mori dicitur, id est, separari à Deo. Quoniam qui elongant se à Deo, peribunt. y Et anima quæ peccauerit, ipsa morietur, z vt proprio libro latiùs docemus, vbi agimus de immortalitate animæ. Ex quibus dicimus peccatum ad mortem, & peccatum non ad mortem cum D. Ioanne. a Siquidem

t Deutero. ca. 8. Mat. 4

v Psal. 68. g. ver.

x Iohannis c. 7.

y Psal. 72.

z Ezechi. cap. 18.

a 1. Epist. Ioha. 5. d.

cùm

cùm mundum & immundũ, iuſtum & impium ſint ſibi contraria, & vita & mors,& nemo poſſit duobus dominis ſeruire, fieri non poteſt vt,cùm peccatum adeſt animæ, admiſſo Sathana impuriſſimo, Deus ſimul in nobis reperiatur.Nec poſſumus Deo viuere, niſi anteà peccato moriamur, vt ait D.Ambroſius. [b] Et niſi quis diſſideat à diabolo,pacem non habebit cum Chriſto, vt ſcribit D.Auguſt. [c] Recedit enim ſpiritus Domini ab anima illum abnegante & ea contaminata, tumque occupatur à Sathanico ſpiritu.veluti cùm Saul, recedente ſpiritu domini bono, obſeſſus fuit à maligno. [d] Recedit autem Deus non potentia puniendi, eſſentia vel præſentia, quia eo modo is eſt ſemper vbique:ſed gratia, quia peccatum & iniquitates,diuiſionem conſtituunt inter illum & peccatores [e]. Et Deus longè eſt ab impiis eo modo. [f] Et quia interdum cum peccato mortali, Deo nõ reconciliati ab hac vita mortali decedunt aliqui,mors illa animæ, priuatióque fruitionis glorię Dei,animam perpetuò ſequitur. Nam vbicunque ceciderit lignum, ſiue ad auſtrum,ſiue ad aquilonem, ibi ardebit. Et quo in ſtatu reperietur anima à corpore diſcedẽs,in eo iudicabitur.Eſt enim tunc tempus poſt mortem, ſupplicij vel gloriæ:hic

[b] tomo 4. lib. de Ioſeph.c. 14.

[c] quęſt. 92 in nouum teſtam.

[d] In lib.1. Reg.cap. 18.ver.10.

[e] Eſaiæ ca. 59.g.verſi.

[f] Prouer. cap.15.

autem quandiu viuimus, potest esse facultas resurgendi & recõciliationis cum Deo: quocirca mors illa in mortali illo peccato decedentium, dicitur etiam æterna, quæ & mors secunda dicitur in Apocalypsi. g Nã prima mors dicitur dissolutio corporis, & separatio animæ, à qua trãseunt quidam in vitam æternam. h Qui credit in me transibit, inquit Christus, à morte in vitam: alij in mortem ęternam, hiąue perpetuò visione & fruitione Dei priuati, cum Sathana torquendi adiudicantur. Ergo vita priuatus Adam ob peccatum, priuatus Dei familiari visione, à quo seipsum abscondit, & consequenter & scientiam quam nactus erat à Deo, peccato obscurauit, veluti oppositą nube tenebris aciei oculorum mentis, & imagini Dei, nempe intellectu, voluntate & memoria obnubilatis. Vis adhuc de his dilucidam probationem? considera crassissimas ignorantiæ tenebras post peccatum illius, cùm latitare se putaret, tanquam si Deus omnia & vbiq; intueri nesciret: dein considera tempus & locum vbi se abscondi posse putabat, nempe in meridie, in quo radij luminis fulgentissimi, etiam oculis carneis & lippis posita clarè detegebãt quælibet. Ab eo tempore imago Dei in Adamo, & in his qui posteà ex primis parentibus propagati

g 4. Apoc. 2. d.

h vt Iohan. Euang. c. 5.

propagati sunt, remansit obscurata & tenebris velata: illa tamen quæ ab eo indita est, remansit imago Dei in eo & posteris, siue fuerint ij Ethnici siue Iudæi, quibusdam tamen minus aliis magis obscurata. Relicta namque etiam post peccatum, & incredulis anima, & per cõsequens imago Dei, quę in ea est mens, ratio, & eius facultates vel potentię & sciendi & intelligendi & Deum cognoscendi. Hãc imaginem Dei, pro arbitrio libero, nunc iuuante gratia expeditiore, anima vel excitat vel sordescere patitur, vel naturalem potentiam sequendo, vel contemnendo. Nam, vt ait D. Basilius magnus, [1] Cùm condebamur, hoc nobis inditum est, quòd ad imaginẽ Dei facti sumus: ex proposito verò nobis acquiritur, vt similes Deo reddamur. Illud verò secundum propositum potentialiter nobis inest, effectualiter autem nos ipsos impellimus. Et nisi præueniens nos, dixisset qui fecit nos dominus, faciamus, & ad similitudinẽ nostram, nisi ad hoc vt ad similitudinẽ Dei efficeremur potẽtiam nobis largitus esset: ex nostra vtique potestate similitudinem Dei non fuissemus adepti. Habeo igitur ex creatione illud ad imaginem, fio autem ex propesito, illud ad similitudinẽ: gratia illa propter quam tibi corona cessit, partim tua est,

[1] lib. exameron homil. 11.

est. Si enim totũ tibi dedisset opifex, quonam pacto tibi fuisset apertum regnũ cælorum? Nũc autem hoc quidem datũ, illud autem imperfectum relictum est vt postquam teipsum consummatum reddidisti, dignus habeare quì mercedis retributionẽ accipias. Hæc Basilius laborandum igitur nobis est in colenda & excitanda imagine & potentia, postquam à perfectione prima desciuit homo peccato, perpetuóq; eius rei causa ratiocinandum. habemus agrum fœcundum à natura & à Deo primum datum animæ, mentem nostram omnium sciẽtiarum capacem, hanc ab omnibus ruderibus purgare & spinis & aliis quæ semen suffocant debemus, & ei negotio curam omnẽ adhibere, si segetes velimus produci inde & metere. Nouit id Hippocrates, k dicẽs, Nostra natura seu ingenium, tanquam seges & ager est, doctorũ verò prȩcepta dogmatáve, semina sunt: disciplina autem & scientia puerili ætate cõparata, est suo tempore semina in segetem agrúmque sationi paratum iactata fuisse: locus autem quo discitur, nutrimentum est aëris quod segeti & satis accedit: laboris verò cupiditas, est opera tractatione & subactio agelli: tẽpus autem hæc omnia corroborat planéq; nutrit. Est namque in anima aliquid duplex consi-

k lib. seu fragm. de lege.

consideratum, anima ipsa, & vis animæ: in anima viuere, in eius vi bene viuere. Vt etiam notauit Aristot. [l] Sic anima etiã existimatur veluti tabula rasa, & quædam papyrus, in qua licitũ sit describere bona vel mala, cùm ad vtrumque semen veluti ager, vim quandam producendi exerat. Atq;, vt scribit Maximus Tyrius, [m] anima habet rerum omnium expeditissimũ atq; ocyssimum motum, vtpote quæ sit conglutinata ex mortali & immortali natura, & ob eam partem quam à mortalitate desumpsit, sub brutali natura censenda sit: nutrit enim, auget, mouet, sentit: ob immortalitatẽ verò, ad diuinitatem accedit, quæ scilicet cogitat, ratiocinatur, ediscit, atq; efficitur sciẽs. Quatenus autem natura ipsa mortalis cũ immortalitate concurrit, id omne dicitur prudentia, medium videlicet quiddam existens inter scientiam & sensum. Estq; sensus animæ functio, quatenus irrationalis. sicuti mens, animæ functio, sed quatenus est diuina: harum media est prudentia, & ipsa eiusdem animæ functio, sed quatenus est humana: sensus enim experientiam colligit, rationem prudentia, mens verò stabilitatem. Id igitur quod ex his omnibus harmonicè compositum est scientiam voco. Sunt aliqui, qui sensualem, irrationalem,

[l] lib. 1. magno. mora. cap. 4.

[m] sermo. 40.

nalem, corporalémve partem tantùm excolunt, & corporea tractant, hi animales homines, quæ nõ percipiunt quæ sunt spiritus, præsentibus tantùm & apparentibus contenti, & curis seculi impliciti, spinis omnino referti, & passionibus animæ dediti: vnde anima quia sana non est, sed his affecta & morbida, neque liberè circa rerum contemplationem vacare potest. Cùm sanitas animæ sit imperturbatio mentis, vt ait Thalassius monachus, [n] vnde vt idem ait, [o] si velis imperare animæ, & scire, circuncide ante omnia affectionum causas. Ideo ex antiquis etiam, qui cognitionem excellentem nacti sunt, omnibus temporalibus & caducis renuntiarunt, philosophiæ vacantes, palliolo tantùm contenti, repurgabant mentes, earũ rerum contemptu, & ab earum sollicitudine. Biásque tantùm sua secum portare professus, alius dolio inclusus Alexandrum contempsit, alius diuitias in mare iactauit. Alij omnino à vulgari & prophana turba procul se separarunt, quorum exempla & nomina tam nota sunt vt superfluum ducam cognita passim referre: Sed & plures vsi sunt proprij corporis castigatione, disponentes organa, quibus anima liberius absoluta à mole corporis,

[n] hecatõtade 2. de charit.

[o] hecaton. 1.

omen-

omentoque terrestri, imperaret, & fungi suis viribus posset, abstinentes à corporis satietate voluptateque terrestri, leui cursu & quatenus naturalis necessitas patitur, hæc humi repentia per transeuntes, & alia contemnentes, vt altius conscenderent, ad creatorem mentẽ traducentes. Ob id abstinuerunt alij animalibus, vt Pythagorici: plerique à viuo, & ab aliis ciborum generibus: alij à venere: alii ab omni specie corporea voluptatis, purgantes vt ipsi dicebant his modis animas, vt apud Iamblicum, p & Porphyrium, q & Proclum r scriptum est. Nostri Christiani, patréque præstantissimi, lauacro regenerationis gratiam à Deo imagini Dei cõiungentes, pœnitentia, ieiuniis, lachrymis, & orationibus animæ sordes eluentes, intelligentiam, sapientiam & doctrinam à Deo deprecãtur & obtinent. Et quibusdam modis ex his antiqui populi Israëlitici, vt Salomon, Eliseus, Hieremias, septuaginta seniores, Mosi auxilio dati. Iis similes de quibus iam dixi apostoli, sanctique patres. Fuit & Hor nomine, Aegyptius abbas, qui literarũ omnino rudis, cùm illi oblatus legendus libellus fuisset, oratione fusa legere cœpit, vt ait Marullus. s Quod & de seruo quodam triduo orante, Fulgosius tradit. t Sic Basilius

p de mysteri. Aegypt.
q lib. de abstinẽtia animal.
r de anima & dæmone.
s li. 2. ca. 2
t lib. 1. ca. 6.

lius episcopus, Ephreno Siriæ solitario, Græci sermonis vsum impetrauit, oratio-

v Marul.li. 2.cap.2. ne, à Deo. v Sunt his alij similes, de quibus nec mirandum est si à Deo illud impetrauerint, quod antiqui Ethnici, Deo permittente, ab aliis indignis Dei titulo, impiis spiritibus se obtinuisse iactarunt, sicut Socrates à suo bono dæmone, Hesiodus à musis, item Thynicus qui iisdem afflatus, hymnum absolutissimum composuit, vt Euages pastor diuino numine repente comicus factus dicitur. Omitto reliquos θεοδίδακτος dictos, vt eum qui se à nympha Ægeria, nempe numen, alium qui à Ioue leges hausisse dicebant. Paulo inferius enim de his alia subiũgemus, Deo fauente.

Rationes adferuntur cur non omnibus cognoscendi eadem facultas, cur diuersi nõ similia sciant. CAP. VI.

SEd & ex superioribus reliquum succedit ordine latius enucleandum, cur lumen illud cognitionis naturalis, illúdque supernaturale, non communicatur æquè omnibus. Cuius, ex iam examinatis vera datur ratio, quòd non omnes homines modo

modo pari disponunt animas, quamuis illæ eiusdem potentiæ & imaginis sint, & quod alij corporalis magis quàm spiritualis partis sint soliciti, ideo non omnes similiter & docti & scientes: sicuti agri eiusdem naturæ & continentis soli, diuersa cura exculti tamen, vberiores fructus vel minores & diuersos natura & quantitate, proferunt. Sunt enim causæ plures, quibus impediuntur animæ, omnia & æqualia scire. Et imprimis illud indubiè tenendũ est, omnia homines scire simul non posse, ob rerum multitudinem & varietatem, & propter memoriæ humanæ imbecillitatẽ imminuta vi eius peccato originali. secundò nec plenè & perfectè de singulis vt res se habent, potissimum cùm de essentia quæritur, sciri posse, quamuis de omnibus scientiam haberi aliquam seorsum & separatim his examinatis. dicimus tertiò nec pari modo omnes intelligere, cùm & cuilibet animæ vltra potentiam sciendi generalem, quædam insit à Deo particularis beneficij elargitio: & aliæ aliis sint excellentiores in naturalibus & donis, ad intelligendum & memorandum habiliores, acutiores ingenio, & perspicaciores intellectu. Quod & in angelis qui spiritus sunt, inueniri cõstat. Et notatur in sententiis Patrũ. a Quar-

a magist. sentẽt. lib. 2. distinct. 32. litera. 1.

tò corporum diuersitas, & dispositio differens, diuersam sciendi constituit causam & promptitudinem. Melancholici namque ingeniosi sunt: Et magni, inquit Cicero b refert, quali in corpore animi locati sint. Multa enim in corpore existunt, quę acuunt mentem, multa quæ obtundunt. Idque pro organorum & temperaturæ, & crasis corporeæ tenore, quibus anima veluti instrumentis vtitur, vel iuuatur: non minus ac optimus faber instrumẽtis optimis, melius vtitur, malè autem dispositis & non accommodis, non optimè vt vult artem exprimit. Et siquis cupiat de membris aptis ad mentis functionem plura videre, legat Aristot. c & Galenum, d mihi enim non animo insidet quæ tradũt transcribere, & sufficit admonuisse, corpus vt instrumentum respondere debere animæ, potissimum in partibus cerebri, in quibus functiones rationales sedem habere dicũtur, quæ liberæ & absque offendiculo esse in ministerio debent, & quibus malè affectis præcluditur functionis vis, & benè dispositis, maximus patet ad intellectum aditus. Quo fit vt pueri, in quibus dominatur pars corporalis, quæ quodammodo obruit aciem animæ, veluti natura tunc laborante in formando corpore, non sint

ita

b 1. Tusculan. quæstio.

c In physiono.

d Tomo libello nũ anima sequatur temperamẽtũ corporis.

ita sapientes & ad iudicãdum certi, quamuis vasa bene disposita sint, idque ob abũdantiam alimenti quod natura attrahit ad corpus vegetandum, ex quo & mentis veluti opilatio & impedimentum, membris nondum ad functionem rationis vt oportet consolidatis & defæcatis. Videmus & rusticantes & callibus laboribúsve obduratos, sanguinis crassi & cutis bouinæ indociles ferè: sanguine autem subtili, & spiritibus agilibus plenos, dociles, interdũ & morbis diuexatos doloribúsque plangẽdis occupatos, & corruptis vel non sanis animæ instrumentis, parum ad discendum attentos, imo & memoriam priorum quæ nouerant amittere. Vt refert Valerius Maximus [e] quendam Athenis virum eruditissimum, cùm ictu lapidis vulnus capite excepisset, literarum oblitum, quibus anteà tantopere studiosè inseruierat. Vt Messalam Coruinum proprij nominis oblitum post ægritudinem testatur Solinus Polyhist. [f] P. Crinitus, [g] & Plinius. [h] & aliis idẽ accidit & ob senectutem quæ indisposita crasis est, & Georgius Trapezuntius omnium literarum Græcarum & Latinarum oblitus, sicut & Franc. Barbarus, vt author Volaterra. [i] Quod & contigisse ætate Ciceronis Orbilio Pupillo Beneuentauo narrat

[e] lib. 1. ca. 8.
[f] lib. 7.
[g] lib. 1. ca. 10.
[h] lib. 7. ca. 24.
[i] lib. 2. Anthropo.

k lib. de illuſt. grãmat.

Suetonius.k ſingulorum namque animantium functiones, proprias ſequuntur potentias: inſtrumenta ante ipſas functiones ac bona. & in ſumma ſingulorum animaliũ bonum, in natiuis operibus conſiſtit. opera autem in neceſſario vſu, vſus in facilitate potentiæ exercendæ, potentia in aptitudine inſtrumentorum, inſtrumenta in varietate naturæ, vt ſcribit Maximus Tyrius. l Quintò diuerſitatem efficit intelligendi victus ratio: nam quanquam organa ſint benè natura diſpoſita, tamen exteriora quædam accidentia ea obtenebrant. Siquidem, vt ait Claudianus:

l ſerm. 32.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus.

m lib. problem. ſectio. 30. quę. 1.

Atq; Veneris aſſiduus vſus interiores ſpiritus exhaurit, & cerebrum debilitat, redduntúrque omnes ferè poſt coitum animo triſtiores, vt etiam notat Ariſtot. m Exeũt quippe cum ſemine aliæ facultates, & ita corpus debilitatur venere, vt idem Ariſtoteles ſcribit, n & Galenus o Venerem cerebrum lædere, & vires elidere. Cuius rationem reddit Ariſt. p Nemo, inquit, antequam coire incipiat calueſcit, ſed à venereo coitu id potius euenit. Cùm enim cerebrum frigidiſſimum omnium corporis partium ſit, tum rei venereæ vſus magis refri

n lib. 1. de gener. animal. ca. 18.

o Tomo 3. operũ lib. 3. commẽtar. in lib. 3. Hippocra. de morb. vulgarib. circa finem.

p 5. de generat. animal. cap. 3.

refrigerat, cùm is caloris ſinceri naturalíſque ſecretio ſit: itaque cerebrum ſentit meritò prius. Quæ etenim imbecilla vitioſáque ſunt cauſa parua, exiguóque momẽto immutantur. Et Plato etiam putauit ſemen eſſe vertebralis medullæ defluuium, vt notat Plutar. q Sed & illam Venerem menti nocere idem Plato apertè ſcribit, r his verbis: Qui fluido ſtupidóq; circa medullam abundat ſemine, vtque arbor pluribus quàm conueniat fructibus grauida, nimia vbertate luxuriat, is profecto multis paſſim doloribus, multis item voluptatibus in libidinibus ipſis, earúmque fœtibus fructibúſque affectus, per omnem fermè vitam, ob ingentes voluptates doloréſque inſanit, ac furit: cúmque huius animus propter corpus æger ſit atque inſipiens, vulgò tamen non æger, ſed pro voluntate ſua vt liber affectus falſò putatur, veritas autem ſic habet. Et Venereorum intemperantia maxima ex parte propter generis vnius habitum, per oſſium raritatẽ in corpore lubricum madidúmque, animi infirmitas eſt. Quo circa & Euripid. s

τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν ἀφροδίτη βροτοῖς,
καὶ τὄνομα ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. id eſt,

Venus rectè eſt, id omne quod eſt ſtultum,
Et ritè nomen illi inſipientiæ inditum eſt.

q de placi. philoſo. li. 5. cap. 43.
r li. 32. qui Timæus inſcribitur.
s in Troadib. actu 4. verſ. 130.

Atque idem Euripides alibi [t] venerem amentiæ præfectam esse dicit, vt eius etiam testimonium citat hoc Aristoteles. [v] Alíque hoc probant, quorũ sententias omittimus. Sufficiunt nobis exempla, quibus docemur viros insigniores, hac venere etiam scientiam, & notionem sui & rerum aliarum, oblitos fuisse. Nec quisquam doctior Salomone. Is tamen à venere, veluti mente circunciſus, in idoli meretricis suæ culturam fœditer lapsus est. Et qui Deo vero & viuenti templum prius construxerat, assiduitate mulierum irretitus, veneri & idolis postea ædificauit. [x] Vates Dauid pater eius, electus à domino, venere Bethsabeæ fascinatus, homicidiũ vnà cum adulterio admisit. [y] Num aliquis fortior Samsone? Is causam suæ fortitudinis quam ante tacuerat ex capillorũ fato pendentem, non secus ac regnum Nisi ex capillo purpureo apud Ethnicos, [z] tandem veneris veneno infectus, detexit & amisit. [a] Veluti & hæc eadem Nino imperãdi peritiam, sceptrúmve è manibus excussit, colúmque & fusum & pensa substituit. [b] Hæc etiam Herculi, pro claua, quam nec famosi latrones, nec leo ferox, non hydra multicollis, non triceps cerberus, nec alia monstra eripere potuerant, pensum & fusum

t in Hecuba.

v li. 2. Rhetor. ad Theod. ca. 23.

x 3. Regũ. ca. 11. a. 6.

y 2. Regũ. ca. 11. & c. 12.

z Ouid. li. 8. Metamor.

a Iudicum ca. 11. b. c. d. e.

b vt habetur apud Iustinũ li. 1. historiæ & alios.

fusum digitis aptauit, cùm consuetudinem Ioles sequeretur? c Et alij plures huiusmodi, quos lubens prætereo. Et prostant exẽpla quotidiana amasiorum, qui sauciati hoc dulci, vt aiunt, veneno, veluti animalia irrationalia muta, quæ secundum Plinium & Aristot. coitus tempore maximè sæuiũt, miro modo mente vacui videntur & ferè phanatici, proprium commodum contemnentes, prodigè omnia profundentes, à curis necessariis, honestísue actionibus vacui, vanissimi, nebulones, veríque proci Penelopes, nihil vltrà quàm veluti porci lutum fœtidum meretricum tractãtes. Tales obuiam passim, iuuenes verè quidem, tempore quo rebus indagandis atque litteris euoluendis vacare deberent, die noctúve musicis instrumentis, & mollitis cum veneno illo sermonibus, omne tempus abterentes: & quod peius, idolo venereo semper intenti siue bibant, siue manducẽt, siue cubent, mentem funestantes, vt nihil aliud cogitent, non sua nec seipsos, phanatico quodam morbo cathenis ignorantiæ & turpitudinis arctè constricti. Et vt semel dictum sit cum Osea, d fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor. Nec quicquam, vt ait Seneca, e tam mortiferũ ingeniis, quàm luxuria. Quia perfectio intelle

c vt scribi Ouid. Metamor. lib. 9.

d c. 4. ver. v.

e in princ. 1. lib. declamat.

tellectualis in homine, consistit in quadã abstractione à sensibilibus phantasmatibus: & quò magis mens hominis fuerit libera ab his, eò citius intelligibilia assequetur, & omnia sensibilia in ordinem deducet. Idque docet D. Thomas. f Et oportet intellectum qui optimè intelligit, videlicet rationem animæ, immixtum neque alligatum alicui rei esse, cùm natura sua immixtum esse oporteat intellectum, vt scribit Aristot. g Quæ & dicta volo de voluptatibus reliquis corporeis & brutis, quę & vim intelligendi suffocant vel comprimunt, vt latè docet Lactan. h Adstipulatúrque D. Cyrillus patriarcha Alexand. i Voluptates & variæ affectiones, inquit, admissæ, cor & dignas cogitationes ab omnium mentibus auferunt: blandissimæ nãque dominæ sunt, vt ait Cicero, k voluptates, quæ maiorem partem animæ à virtute detorquent. Siquidem quæ sensualia sunt & dulcia sunt, eáque anima tunc sequitur, impedítque consilium voluptas, vt idem Cicero ait l rationi inimica, ac mentis, vt ita dicam, perstringit oculos. Ideóque, vt alibi ait, m submouenda, vt recta sequamur. Et Philo Iudæus n censet, in rebus non esse duo tam contraria, quàm sunt voluptas & scientia, illámq; intellectũ

cor

f in 2. sec. quæst. 15. artic. 3.

g lib. 3. de anima c. 4.

h lib. diuina. instit. 6. siue lib. de vero cultu c. 20. & 21. & sequẽtib.

i li. 4. contra iulia. apostatã.

k 2. officio.

l in Catone maiore.

m 2. definibus.

n Tomo priore oper. lib. qđ Deus sit immutab.

corrumpere docet alibi: o Omnino enim, inquit, scire oportet, quòd voluptas tanquam lasciua meretricula amatorem appetit, quærens stupri consiliatores, per quos illum, seu hamo capiat. Sunt autem huius cupidinis sequestri sensus, quos postquam inescarit, facilè mentem subiugat, quæ res externas introò admittat, illis internunciis & ostentantibus singulorum formas, & ei suum affectum imprimentibus, vtque cera similes recipit per sensus imaginationes, quibus compræhendit corpora, quod per seipsam non valet. Ea itaque ratione, & homines vim rationis amittunt, & contemplandi facultatem, veluti tyranno cuidam mancipati, & brutis similes facti. Nihil enim interest, vt dicebat Socrates, p inter hominem incontinentem, atque voluptate notatum, & pecudes. Sunt namque hæ voluptates sensibus quibuscunque communes, & animalibus brutis. Vnde nec homines nihilo ab his, iisdem vtentes, contemnentésque veras animi ex doctrina voluptates, differre videntur, vt docet Gellius, q & Macrobius. r Quin & animales illæ voluptates furiosæ, animas nostras perturbant, & impedimenta innumerabilia præbent, vt ait Plato. s Quapropter studiosi eas maximè deuitare satagent summa

o li. de mũdi opific.

p Xenophõte li. 4. de dictis Socra.

q lib. 19. Noct. Att. c. 2.

r lib. 2. Saturnal. c.

s li. 10. siue in Philebo, vel de sumo bono.

cura & diligentia, cum obuia & glabra ad libidinem sit via, & facilè delabatur per voluptatem, in flagitium prona moralitas, vt scribit Diodorus Siculus.[t] Nec fieri potest, vt scribit Cicero, [a] vt animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, copia, inopia quoque nonnunquam impeditus, literis operam dare possit. Sic omittendæ sunt, sciendi cupidis omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, sermo etiam pene omnium familiarium deferendus. Refferunt historiæ authores, Cannas Hannibali Capuam fuisse. Siquidem inuictum alpibus & indomitum armis, Campaniæ solæ (quis crederet?) & tepentes fontibus Baiæ subegerunt. Virtus namque militaris scientiáque atque hostium præcautio, & mentis acies, voluptatibus gustatis elanguit, vt narrat Liuius, [b] L. Florus, [c] Plutar. [d] Appianus, [e] Plinius iunior, Eutropius, Orosius, & Sylius Italicus, Polybius, & alij qui scripserunt de bello secundo Punico. Ea ratione antiqui, vt voluptatem mentis esse perturbationem docerent, Tantalum in exemplum proposuerunt. Is enim cùm eius esset amantissimus, atque Iouis pollicitatione confidens, qua quicquid petiisset, consequu

t in li. 12. bibliothecæ.

a oratione pro M. Cælio.

b decade 3. lib. 3.

c lib. 2. capito. c. 6.

d in vitam Annibalis.

e in lib. de bello Lybico.

sequuturus esset, petiit, vt Deorum more in voluptate omni viueret, quod quidem obtinuit, & Iupiter satisfecit ei quam promiserat pollicitationi, quia promiserat: At vt nihilo apposítorum frueretur, viuerétque semper perturbatus, petram super eius caput casum imminentē suspēdit, ob quā nihil potuit gustare ex prēsentibus, vt narrat Atheneus f quanquam sciam illā fabulam ad auaros ab Horatio referri, nec quicquam prohibet tamen, & ad voluptatis perturbationes & obliuionē eius, quod fieri oportet, pertrahi posse. Fuit & alius nempe Claudius Cæsar, qui, vt refert Sueton. g cum voluptatibus & ventri vsque ad perniciem crapulæ deditus esset, in tantam mentis stupiditatē, obliuionémq; profundam peruenit, vt occisa Messallina, paulò postquā triclinio decubuit, cur domina nō veniret requisierit, & multos ex his quos capite damnauerat, postero die statim & in consilium & ad aleæ lusum admoueri iusserit. Nocent etiam, & functiones animæ impediunt crapula, ebrietas, & huiusmodi voluptatis ministri: de quibus dicetur forsan aliâs. Erit etiam sexto ordine causa alia, cur non omnes pariter sciant, nempe incuria & negligentia discere volentium. Nosse namque expedit, quòd sicut in agro

f li. 7. dipnosoph. c. 3.

g in eius vita c. 35.

quædam

quædã ſponte etiam non ſata,& ſine externa agricolæ ope & auxilio innaſcũtur,quę dam niſi ſerantur & excolantur,ſita in hominis ſciendi potentia, quædam per ſe innaſcuntur,quædã aliunde ſemina expectãt & cultũ:animalia quoq; omnia quaſdã proprias facultates ex ſeipſis non aliũde habẽt, & norũt,vt docuimus, fugiunt,nidificant, prædãtur, cibos conuenientes eligũt:quædã aliunde addiſcunt,vt quodvoces humanas diſcãt aues, quod dominis obaudiant, vt equi frenis dirigãtur,domẽtur,pugnẽt,& ſimilia:ſic homo vt ait Max. Tyrius, [h] ſcit aut inueniendo, aut diſcendo. Et Plato, [i] duobus modis cognoſcimus,vel inuentione, vel ab alio diſcentes. Animi inuentio indigena,in ipſo exiſtens, eiúſq; ex ſemine orta,vel potius in animo inſita eſt,eáq; nihil aliud quàm verarum opinionum excitatio, cùm animus vnum venatur ex altero, & ex quibuſdam perceptis vel coniectatis,altius ratiocinatur & negotiatur,ſuſcitátq; cogitatione rationes,& ex illa quippiã aliud elicit, veluti ex attritu lapidis & chalybis,ignis excutitur &apparet,qui anteà potentia in lapide latitabat, primũ potentiam in actũ impellens,poſteà incremẽtũ paulatim adiiciẽs,productis ſemper addendo:non ſecus ac videmus terrã ſemina

pau

[h] ſermone 28.

[i] lib. qui Alcibia. ſiue de natura hominis.

paulatim educere, atque per latentia additamenta augere. potentia etiam animæ ad diuinum opus efficax est, non per se, sed solùm illustratione diuina desuper influente, per quã & actionis diuinæ videmur esse participes, vt ait Iamblicus. k Quod docet cur nõ omnes animæ opera diuina faciãt, non miraculorum opera, virtutes, non profitentur, sed tantũ illæ quæ id dono à Deo acceperunt. Quia anima interdum agat vt causa instrumentalis, interdum vt principalis, interdum vt concausa cum spiritu Dei: velut numine afflati antiquitus, extra Dei veri cognitionem oracula reddentes, velut instrumenta tantùm, & vim ignorantes eorum quæ dicebant, cùm tamen intelligerẽt quæ proferrent Dei prophetæ. Atque principalis causa rationis, anima, & ea proxima concausa in his, quæ voluntariè cum Dei gratia agit. Notandúmque idcirco scientiã non esse à natura, sed natura nos ad eã esse aptos: nam si ex natura esset, omnes pariter & omnibus sæculis sciuissent. neque etiam scientia erit reminiscẽtia: quia si talis esset, vnum & certum sciretur, neque essent tot variæ rei vnius sententiæ, vt notat Arnob. l in quo errauit & Plato, qui ita putabat sciẽtiam esse reminiscentiam & recordationẽ vitę superioris: neq; inquit fieri vllo modo posse,

k li. de mysteri. Aegiptio.

l lib. 2. aduersus gentes.

posse, vt pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, nisi animus antequam corpus intrasset, rerum cognitione viguisset. Neque omnia plane videre animum, cùm repente in tam perturbatum domicilium, tamque insuetum migrauit: sed tumdemum cùm se collegit, atque recreauit, cognoscere ea reminiscendo. Id autem Plato asseruit, [m] & scribit Cicero [n] qui tamen reprobat, aitque diuersam sciendi facultatem ex potentia animæ & cultura oriri, non ex illa animarum præcedenti scientia, in qua & lapsus cum sua metempsycosi Pythagoras, quam meritò irridet Lucianus. [o] Dehinc ordo incrementa & colligatio plurium inuentionum, obseruatione per tempora multorum, aliam scientiæ formam, veluti experientia & vsu approbatã, artes & disciplinas tradiderunt per inuentionem & experientiam, non tamen communem. Quò fit vt homo doctore egeat & præceptore, labore, & diligentia: tum quia animum ad ea inuenienda capacẽ non habeat, tum etiam quòd inordinatè à se cognita, ritè non possit sine duce efferre vel explicare. Et ita D. Ambros. [p] omnẽ scientiã aut ex natura, aut ex disciplina esse ait: vt ex natura suppetit equo currere, pisci natare.

[m] siue in Memnone.
[n] 1. Tusc. quæst 2. tu scul.
[o] In gallo vel somno.
[p] tomo 2. lib. 5. de fide ad Gratia capi. 8.

natare. Hoc enim, inquit, faciunt antequã discant. Ex disciplina rursus suppetit homini nare, nam nisi didicerit scire non potest. Quod velim intelligatur de modo sciendi qui humanis viribus & potentia naturali accedit, quique non sine labore & minutis quibusdam accessionibus, ex paruis in maiora conscendit: Non autem intelligenda puto de scientia, quæ à Dei virtute infunditur, quàm sine labore aliquo mẽtibus humanis concedi à Deo simul & semel nouimus. Sunt enim sine conatu dona & gratia Dei, hæcque vbi se infuderit, regere consueuit, vt non egeat ingenio humano, sed superet recipientis ingenium. Et spiritus quidem Dei est in hominibus, sed inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, vt dixit Ehu filius Barrachel, Baxites q. Nec conatus est Matthæus, non Marcus, non Ioannes scribere euangelium: sed diuino spiritu vbertatem dictorum rerumque omnium ministrante, sine vllo molimine cæpta compleuerunt. Non ita cæteri, qui sine Deo scribere euangelium aggressi sunt, vt & dixit D. Ambrosius. r Eadem de Salomone, Adamo, reliquisque prophetis & viris sanctis, ad quorum puritatem mentis, cùm nec accedimus, tenebris peccatorum & rerum inferiorum & terrestrium impediti,

q Iob. ca. 32. b. ver. 6

r tomo 4. in initio 1. lib. in euangel. Lucæ.

diti, egemus doctoribus, maiori beneficio diuino doctrina insignitis, doctiorum inuentionibus & scriptis, quibus velutiremigibus nauis, mens videlicet nostra, portũ scientiæ appellat. hoc quippe interest inter scientiam infusam & acquisititiam: quòd infusa, instar artis impressorię, simul prælo paginas sententiis & clausulis implet & infigit: acquisititia autem imitatur scribentiũ ordinem, quo vna, posteà altera, tertia ve littera depingitur, posteà syllabas iungit, dictiones & lineas minutatim perficit. habet tamẽ quęlibet mens rationalis vim exerẽdi illas particulas intelligentiæ & scientiæ, quas colligit & coniungit in principio & ætate iuuenili difficulter, vel dignoscere incipit ad similitudinem abecedarij discipuli: posteà autem assuetus rationis notis, illarúmque coniunctionibus, veluti syllabarius, promptiùs ad verba articulatè coniũgenda, & ad texendas rationes ascendit, & semina rationis tandem ritè distinguit & componit: non secus ac qui rectè loquitur de omnibus, per easdem litteras ratiocinatur, & sic hîc dexterè de omni re proposita disputat cum ratione, flectitque animi instructa & parata rationum elementa, pro negotiorum varietate subtiliter rationis implicitis neruis & viribus: qui enim

loquitur

loquitur ex textura litteraturæ alphabeti, & ex sonis quinque vocalium, tot libros variarum conceptionum implere potest. Atq; Dei in homine maximũ cõcessum beneficium tam mirabile admirari nõ desino, quo certis quibusdam veluti punctis, tantã rerum varietatẽ cognoscere possum⁹. Quod nec impossibile dici debet, postquã placuit Deo, & illud impossibile non esse comprobet experientia, vt viginti duabus tantùm literis, imo quinq; tantũ sonis a, e, i, o, u, conceptuum omnium humanorum, & rerum omniũ diuinarum & humanarum cognitio exprimi possit, & ex adytis cordis secretiorum cogitationũ haberi certa declaratio possit. Nec iudicare audeo in quo magis Deum admirari & collaudare debeamus, ac cuius maiores ei habeamus gratias, an eius quòd rationis participes nos fecerit, vel quòd sermone hoc mirabili, & breui sonorum compendio, rationem explicare, eáque proximos iuuare, & suam gloriam & omnipotentiam decantare permiserit: vtriusque certè contemplatio Dei ineffabile beneficiũ nobis insinuat, & Deũ perpetuò venerãdum vt architectum vniuersi docet incomprehensibilem, qui facit mirabilia magna solus, cui laus & honor, gloriaque per æterna secula.

De uiris illustribus, qui de omnibus disputandi artem professi sunt.

CAP. VII.

GEnera igitur quædam veluti locos cõmunes, & elemẽta literarum & vocis, in animis hominum insita, cognita esse oportet ijs, qui ratiocinari vòlunt & disputare optimè, egent autẽ præceptore vel longo studio, vt possint in his operari emendatè: vt puer nutricis consuetudine, & tempore & industria voces quas inarticulatè pronuntiat natura, articulatè profert & distinguit, sensui accommodat & rebus. Atq; vt Proclus ait, [a] per ipsam scientiam euadit intellectui similis, secũdum actum, cognoscibile comprehendens, quemadmodum intellectus intelligibile. Videmur enim, sicut per somnium, omnia nosse, eadémque per vigiliam ignorare, vtpote quì per essentiam quidem rationes habemus, & quasi cognitiones earum hinc accipimus. Secũdum verò actũ quatenus in mediũ producẽdæ sunt nõ habemus. Cæterùm qui antiquis fuerint pro nutricibus atque præceptoribus, in hac bene dicendi arte, qui've præcepta in promptu de omni re respondendi tradiderint, multi numerantur, ne quis

[a] lib. de anima & dæmo.

quis ex nostra omnia putet prodiisse inuentione. Quorum alij aliis perfectius fœliciusque rem executi sunt. Refert ex prisca & sui temporis schola aliquos Quintilia. [b] Nempe Coracem, de quo & Cicero meminit [c], Tysiam Syculũ, Gorgiã Leontinum æmulum Socratis, Thrasimachum, Calcedonium, Prodicum Chium, quos sequitur Prothagoras Abderites, à quo Euathlus dicitur didicisse artem quam edidit, quamque protulit Hippias Ellius decem millibus denariorum. Post hos Alcidamas Elates, quem Plato Palamedam vocat, itẽ Polycrates, qui scripsit cõtra Socratem orationem. Alterius etiã seculi numerat homines, qui artẽ benè dicendi professi sunt, nempe Theodorum Bizantium, Theodorum Gadareum, Apollonium Molonem, Arcum, Cæcilium, Dionysium Halicarnasseũ, & alios huius ordinis. Qui omnes etsi artem, quã nos profitemur, adepti nõ sunt, multum tamen adiumento nobis fuerint, dum præceptis artem dicendi illustrarunt. Nec modum sciendi docuerunt, eùm tamen cognitum magnificè proferre scirẽt. Nec omnibus contigit quod Gorgiæ, Prodico, & Protagoræ: Gorgias namque Leontinus Empedoclis discipulus rhetor percelebris, & eximij Isocratis præceptor, primus

[b] lib. 3. institut. oratoria cap. 1.
[c] lib. 1. de oratore. Et in Bruto.

mus in conuentu poscere qua de re quisque audire vellet, ausus est. Ideo & ob singularem eius eruditionem, primùm statua illi ex solido auro in templo Apollinis Delphico apposita est, scribit Valer. Maximus, [d] & Plato, [e] & Cicero, [f] qui & annotat suo tempore plures eadem factitasse. Quod & repetit alibi, [g] narrátque simili artificio præditos, Prodichum, Chium, Thrasimacum, Chalcedonium, Prothagorámque Abderitam. Non caruit tamẽ inuidis Gorgias, nam & Plato ipse, [h] & Aristoteles [i] existimarant nescio quo genio, quæ erant illius esse sophystica, quemadmodum & quæ ante hunc tradiderant Tysias, Thrasimachus, & Theodorus, in arte dicendi excellentes, & dicam illum nimis inuidè notatum, cùm putarent eum artem dicendi, cæteris præponere artibus, quarum illi amore detinebantur: vt apertè licet iudicare ex Platone, [k] dum Protharcus accusat Gorgiam tacitè, quòd artẽ dicendi cæteris præponeret: Cùm tamen Gorgias nõ artem dicendi solam calleret, sed nosset & alias, quod de re quaque proposita facta responsio, testatur. Atque ipse Plato [l] præstantissimum in arte dicendi, & pariter in republ. administranda eximium Gorgiam, dixit. fuisseq; Prodicum,

& ante

[d] li. 8. c. fi.
[e] in Gorgia.
[f] lib. 2. de finib. bono. in princ. & 1 de orat.
[g] In 3. de orat.
[h] In Gorgia.
[i] In fine li. 2. Elench.
[k] lib. 10. siue in Philebo, vel de summo bono.
[l] lib 11. qui inscribitur Hippias maior sive de pulchro.

& ante omnes Protagoram, qui plus argenti ex arte suâ, quàm quilibet artifex ex sua arte cumulassent. Et Pausanias antiquitatis diligens obseruator [m] testatur Gorgiam Leontinum patre Carmantide natum, primum neglectam adhuc dicendi ex arte rationem excitasse, & ab hominum obliuione vindicasse, & fuisse collegã Tisiæ in legatione ad Athenienses, sed Tysia pręstantiorem. Et Cicero [n] mirabilem illius artem exprimit in dicendo, & rerum, scientiarũq; copiã ei adfuisse demonstrat, dum ait, eum paria paribus adiuncta & similiter definita protulisse, itémq; contrariis cõtraria relata, quæ sua sponte, etiam si id non agas, caderent plerunque numerosè, primum inuenisse. in quib[9] verbis, paucis nostra ferè ars tota concluditur. Quare & Max. Tyrius [o] cum apparatu tribuit Prodico elegantiam, Hippiæ vaniloquẽtiam, Thrasimacho violentiam, sed Gorgiæ soli rhetoricem. Admirandus certè posteris suis Græcis Gorgias, sed magis inter omnes Salomon, qui disputauit de lignis à cedro quæ est in Libano, vsque ad hysopum quæ egreditur de pariete, de quadrupedibus bestiis terræ, volucribus, reptilibus, & aquatilibus. Superior & filiis Mol qui & illud fecerunt, vt narrat sacra pagina, [p] & Iosephus. [q]

[m] lib. 6. vel posteriore Eliacorum.

[n] In Oratore.

[o] Sermo. 7

[p] vt scribitur 3 Reg. ca. 4. versi.

[q] lib. 8. antiq. c. 2.

Legimus etiã Indorum philoſophos gymnoſophiſtas, ſe iactaſſe omnia noſſe, & de omnibus interrogatos reſpondere ſolitos, quódque planè ſe noſſent, quod eſt ſumma totius notionis, de quibus & ita ſcribit Philoſtratus,[r] erat & σοσαρίων τὰ πάντα ἐπιστάμενος, Suſarion omnia ſciens, vt ſcribit Libanius Baſilio Magno.[s] Et hi verè mirabiles viri, ſi modo vera ſint quæ de illis traduntur. Cęterùm nulla ars, ſimilia his quæ poterant operandi, tradita eſt nobis, ſaltem, quod ad meam ætatem & noſtras peruenerit manus. Vnus tamen, vt puto, Dei ſpiritu illuſtris inuentus à nobis, non ex ſupradictorũ ordine, ſed illis minimè inuentione inferior; qui artem quandã meditatus eſt, qua omnia poſſent diſputari & contineri. Is fuit Raymundus Lulius, qui tamen puritati ſermonis non ſtuduit, ſed qui noſtræ artis fundamenta geſſit, & in quem plures ediderunt commentaria, vt Lupetus, Lauineta, vt Henricus Cornel. Agrippa, quorum ſinguli quædam propria addiderunt. Fuerunt & alij quamplurimi, qui artem potius nouerint eximiè Lulij, quàm commentariis illuſtrauerint, quíque eius vſus admirabiles ſe præſtiterunt: & quod magis admirandum, ferè impuberes hac arte freti, de omnibus rebus diſſeruerunt.

[r] li. 3. de vita Apollo. c. 6.

[s] vt legitur in epiſto. Baſi. Magni epiſt. 162.

runt,[t] & hac arte pauciſſimis menſibus in viros doctiſſimos euaſerunt. Inter quos referunt Petrum Daguinum Mediatum, & Iacobum Tanuarium viros, vt ait Agrippa, tota Italia celebratos, quorum prior cùm anno trigeſimo ſeptimo ætatis, vix prima hauſiſſet litterarum elementa, ſex dumtaxat menſibus huic artificio incumbens, omnibus doctiſſimis viris miraculo eſt habitus: Alter autem cùm ſeptem peregiſſet luſtra, à litteris penitus alienus, tãtum hac arte profecit, vt ſicut ex eius ſcriptis apparet, nulli doctorum hominum ſit poſtponendus. Addit his eximios fuiſſe eadem arte factos Ferdinandum Cordubam Hiſpanum, Iacobum Fabrum Stapulenſem, Carolum Bouilium, Petrum & Iacobum cognomine Canterios Germanos Friſones, cum vnica ſorore pueros decennes, in omni diſciplinæ genere diſſerentes. Poſſemus his addere Picum Mirandulanum, & Politianum, vterque enim, neſcio num per hanc artem diſputare ſe poſſe de omnibus pollicebatur. Sciendum tamen eſt antiquos Hebræos artem ſimilem inuentricem rationum, imo naturarum, excogitaſſe illa præſtantiorem, quã concludunt Caballiſtæ per quinquaginta portas lucis, ſiue intelligentiæ, quas iterum

[t] vt refert Agrippa ſ epiſto. cõment. in Lulium.

examinant per triginta duas semitas sapiẽtiæ, vt vocant, & per tres midoth, id est, tres proprietates, vt suo loco docebimus. Illa namque Hebræorum dogmata & quæ vocant de sublimibus, nobis maximè viam ad altiora præpararunt.

Cur tantopere rerum cognitione homo delectetur. CAP. VIII.

REddamus nunc rationes cur homini sciendi & cognoscendi cupiditas & potentia, à Deo indita fuerit: cur & facultas de omnibus inquirendi & ratiocinandi, eáque ei soli, & non reliquis animalibus, concessa: & quare vita hæc cognoscendi auida nunquam satietur, vt plerique iam alterum pedem in fouea tenentes, adhuc discere non quiescant. Multiplex autem rei huius causa reddi potest, & prior erit ipsius hominis natura, de qua iam fusè diximus. Nam, vt ait Cic. a natura suis omnino expleri partibus vult & desiderat, atque ideo potentia corporalis ab ægritudine liberata, vel in iuuenili pueri ætate, suis omnibus viribus, incrementis naturalibus ac corporeis vacat. Sic animi partes, quarum est aspectus illustrior, quæ ve quò

a lib. de finibus 5.

sunt

sunt illustriores, eò dant clariora indicia naturæ. Tantus autem innatus in nobis cognitionis & scientiæ amor, vt nemo dubitare possit, quin ad eam hominum natura nullo vel emolumento rapiatur. Nónne videmus, vt pueri, ne verberibus quidem à contemplandis rebus perquirendísque deterreantur? aut pulsi requirant, & aliquid scire se gaudeant? Vt aliis narrare gestiant, vt pompa, ludis, atque eiusmodi spectaculis teneantur? ob eámque rem vel sitim vel famem perferant. Et eos qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nónne videmus nec valetudinis, vel rei familiaris habere rationem, omnia perpeti ipsa cognitione, & scientia captos, & cum maximis curis & laboribus compensare eam quam ex discendo ceperint voluptatem? videmus & homines omnes passim, fœminas quoque, rusticos, puerósque nouarum rerum esse cupidos, vt habeant quo perficiant sciendi auiditatem. Nónne opifices, & infimæ sortis homines, quorum in gerendis rebus nullus vsus, delectantur historia? maximeque eos videre possumus res gestas audire & legere velle, qui à spe gerendi sunt exules etiam senectute. Et cùm sciẽdi perfectio naturalis sit, ad eam veluti ad finem suum, tendit animus, neque quie-

scere potest, donec ad Dei cognitionẽ, vbi omnis vera cognitio & perfectio, peruenerit. Semper enim natura finem suum inquirit, & prosequitur, vt ait Arist. [b] Quò fit vt mens perpetuò pergradus, sed insensibilis, altiora quàm prius scrutetur, vt tamen se aliquid profeciſſe nõ agnoscat, donec profecerit, veluti cognoscimus segetes & plantas creuisse, crescere autem nunquam videmus. Accidit autẽ perfectio animi ex doctrina, natura, vsu, & exercitatione, & vt ait Manilius, [c]

[b] lib 1. de gener. animal. cap. 1.

[c] lib. 1.

Per varios vsus artem experientia fecit,
exemplo monstrante viam.

Et Terentius [d]:

[d] In Adelphis actus Scena 4. ver. 1.

Nunquam ita quisquam benè subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus, semp aliquid apportet noui,
Aliquid moueat, vt illa quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaueris prima, in experiendo repudies.

Augeturque voluptas cognoscẽdi ipsa cognitione, sicuti desidia nutritur ignorantia, & ignoti nulla est libido, & qui minimorum cognitione delectatus capitur aliqua voluptate, idẽ veluti gradu expedito ad maiora conscendit. Et quia Dei mirabilia & magna sunt opera, atq; sapiẽtiæ plena noua semper hauriendo, veluti vndam super-

perueniente vnda, ſemper noua voluptatis additione reficitur & nutritur anima: vtque ſuccedente nouo & maiori pabulo, ignis fit maior & flamma ardentior: ſic mens magis ac magis delectatur, ſuperueniente cognitione qua excellere cęteris iuſta ratione ſe putat, & ardentior ad maiora conuolat, pinguiorque, robuſtior & viuacior ſcientia fit: vnde & fœlices illi qui Deum ſciunt & norunt, rerum omniũ conſummatam ſcientiam, fœliciores qui perpetua illius contemplatione fruuntur. Sæpe ab Ariſtotele, & Theophraſto, inquit Cicero, [e] eſt laudata per ſe rerum ſciẽtia. Vnde & Herillus ſcientiam, ſummum bonum eſſe defendit, qui quanquam ad ſummum ſcientia dirigat quæ optima, in eo tamen nõ rectè ſentit, cùm ſcietia poſſit eſſe ſine virtute, & ſcientia cum virtute ſit ſapientia. vt hanc meritò opinionem philoſophorum pluribus improbarit Lactantius Firmia. [f] Et dictus attamen

Fælix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Et apud Ouid. [g]

Fælices animæ, quibus hęc cognoſcere primũ,
Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit.

Quare Iſocrates [h] admonet, multas diſciplinas, multis diuitiis præſtantiores: puta, ſi quidẽ quòd pecuniæ celeriter tranſeunt, diſciplinæ

[e] 5. de finibus.

[f] lib. 3. vel de falſa ſapiẽtia c. 8.

[g] 1. faſto. verſ.

[h] In orat. 1. ſiue in Paræneſi ad dæmon.

sciplinæ verò in æterna secula durauit. Sapientia namque quæ inde acquiritur, immortalis est possessio. Cecinit & Virg.

In Aethna versi. 269.

Implendus sibi quisque bonis est artibus, illæ
Sunt animi fruges, hæc rerum maxima merces
Scire quid occulto naturæ terra coërcet,
Nullum fallere opus, &c.

Adde secũdo vtilitatem, & fructũ quem homo ex scientia decerpit, tum ad tutandã salutem corporis, tum ad animæ robur. ô quot voluptates, qualesve commoditates hinc oriuntur, vt verè [k] dixerit Lucretius:

k lib. 2. in princip.

Suaue, mari magno, turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem.
Non quia vexari quẽquã est iucunda voluptas,
Sed quibus ipse malis careas, quia cernere suaue est.
Suaue etiam belli discrimina magna tueri,
Per campos instructa tui sine parte pericli.
Sed nihil dulcius est bene quàm munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena:
Despicere vndè queas alios passimq; videre
Errare, atque viam palantis quærere vitæ. &c.

Vis vtilitatem scientiæ facilè dignoscere, &, vt ita dicam, palpare? considera effectus, quibus egeamus quæ res nobis sint adiumento & accommodæ. Et in primis mundum vniuersum propter hominum vtilitatem creatum, & hominem propter Deum, vt scribit Cicero. [l] Vsum autẽ quomodo

l 2. de nat. Deo.

modo tibi parabis, nisi res cognoueris, nisi vtilitates, naturas, tempora, causas scias, nisi quæ fugienda quæ eligẽda sint, in tanta varietate didiceris? Frustra enim vel perperã esse nõ possunt, quæ homini destinata tantùm sunt, quæ eius gratia ex nihilo facta, quæ tanta & mirabili prouidẽtia in suo ordine perseuerant. Ad singula descende & ex partibus consideratis vniuersa tibi consecrata videbis. Nónne elemẽta nostri causa, ignis ad coquẽdum vel calefaciendũ, ad vrendum, ad illuminandum? aër nonne ad respirationem, & spiritus temperamentũ: aqua ad potum, nauigationem, nutricationem, & productionem piscium: terra pro solio & nutrice alimẽtorum? Transi ad cõposita ab his, ad plantas, arbores, ex quibus fructuum alimenta, & medicata: considera animalia, etiam venenata, nocentia, & fera, quale inde commodũ accedit homini, vel vt suam ipse naturam metu illorũ, ob peccatum pauidam agnoscat, & ad Deum conuertatur, vel vt aliquod pharmacũ salubre, vt ex vipera, vel exemplum diligentiæ, vt ex formica, agnoscat: Considerá rotationẽ cæli, stellarum, solis & lunæ commoda in aratione, satione, in temporum signis, in rerum productione, maturatione, collectione: Considera ipsos Angelos, qui omnes

sunt,

m ad Hebræos. 1.

sunt, vt ait Paulus, [m] administratorij spiritus, in ministerium missi eorum qui accipiunt salutem. Quid vltra sermonē protraho? considera Deum ipsum, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & filij persona carnem nostram assumpsit, verbúmque caro factum est, vt verè possimus dicere ob tantum beneficium cum Pindaro, [n]

n Nemeorum ode 6. strophe 1. ver. 1.

ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γενὸς, ἐκ
μιᾶς δὲ πνέομεν
ματρὸς ἀμφότεροι.
διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
δύναμις: ὡς τὸ μὲν, οὐδὲν,
ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος
μένει οὐρανὸς. ἀλλά τι προσφέρομεν
ἔμπαν, ἢ μέγαν νόον, ἤ-
τοι φύσιν, ἀθανάτοις.
καὶ περ ἐφαμερίαν
οὐ εἰδότες οὐδὲ μετὰ
νυκτὰς, ἄμμε πότμος ἄντι-
τ' ἔγραψε δραμεῖν ποθὶ στάθμαν.

Id est,

Vnū hominum, vnum Deorū genus, ex vna autem spiramus
matre vtrique.
sed discriminat omnia separata vis

Et

et potentia, reſpectu enim generis Dei nihil nos
ille autem immobilis ſemper ſedes
eſt æreum cælum, ſed & in
aliquo ſimiles ſumus, vel per
magnam mentem, vel per naturã immortalibus quamuis ignoremus
qua die vel nocte ad vitæ noſtræ ſummã,
quam definiuit diuina prouidentia
nobis currendum ſit.

Ideo etiã cùm vtilitati & ſaluti deſtinata fuiſſent à Deo homini, illum ipſum poſtremò Deus creauit, tanquam neceſſaria illi ante præmittens, more principum, qui antequam ciuitatem ingrediantur aliquam eo iubent prius parare quæ ad cõmeatum neceſſaria ſunt, vt & docet D. Chriſoſtomus. s

s homila 8. in Geneſ. Tomo 1.

Rurſum à dignitate luminis alia ratio.

CAP. IX.

EST & tertio loco, quæ dignitatem homini adferat ſcientia, quemadmodum ignorantia ad eius ignominiam & dedecus facit: hominis dignitas, inquit D. Chriſoſtomus, a quòd animam acceperit, quòd artes inuenit, quòd ad imaginem Dei factus,

a ſupra Pſal. 48. Tomo 1.

ctus, quòd præsit omnibus in mundo. Item artes inuenire quòd; ex scientia & notitia, & ratione qua cum Deo est homini societas, vt idem Cic. ait. b

b 1. de legibus.

Describit & Manilius: c

c lib. 4.

An quoque genitos nisi cælo credere fas est
Esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
In terra, vel mersa vadis, vel aëre pendent,
Omnibus vna quies, venter sensúsq; per artus.
Et quia consilium non est & lingua remissa
Vnus & inspectus rerum, viréque loquendi,
Ingeniúmque capax, varias educit in artes
Hic partus qui cuncta regit, secessit in orbem,
Et domuit terram ad fruges, animalia cæpit,
Impositáq; viam ponto: stetit vnus in arce
Erectus capite, victórque ad sydera mittit
Sydereos oculos, propiúsque aspectat olympũ,
Inquiritque Iouem, &c.

Et Virgilius: d

d in Aethna, versu 220.

-Immensus labor est, sed fertilis idem.
Digna laborantis respondent præmia curis.
Non oculis solum pecudum miranda fuere
More: nec effusis in humum graue pascere corpus:
Nosse fidem rebus, dubiáque exquirere causas
Sacra perurgentem, capitíque attollere cælũ
Scire quot & quæ sint, cur magno talia mundo
Principia, occasus metuunt, ad secula pergunt,
Et firma æterno religata est machina mundo.
Solis scire modum, & quanto minor orbita lunæ est,

Cur

Cur illi breuior: cur isti peruolet orbis
Annuus, ille monet: quæ certo sydera currant
Ordine, quæve sua careant incondita cura, &c.

Vincimus certè hac cognitione & intelligentia genus omne mutorum, cùm reliqua nobis communia cum illis sint, vt latè demonstrat Arnobius. e Atque hæc propria natura hominum cognoscendi & intelligendi oritur ex vna proprietate illarum trium, quæ in anima exprimunt imaginem Dei. tres enim מידות midoth, id est proprietates & potentias, Hebræi secretiores ponunt in homine, secundum quas factus est ad imaginem אלהים eloin, id est trinitatis: nempe, vt anteà diximus, memoriam, intelligentiam, voluntatem. Ex memoria singulorum formatur intelligentia, quia memoria est notitiam apud se habere. Intelligentia autem & notitia extendente se & accipiente id quod verum est in ratione boni & conuenientis, statim ex memoria & intelligentia, formatur appetitus, qui est voluntas. Porrò sicuti ex memoria formatur intelligentia, sic ex patre in diuinis generatur filius: & quemadmodum ex memoria & intelligentia extensis, & quasi spirantibus, bonum formatur, voluntas: sic ex patre & filio, tanquam ex vno spirandi principio, spiratur bonum quod est

e lib. 2. cõtra gẽtes.

Spiritus ſanctus. Et ita notat Galatinus, f & diuus Bernard. g & Beatus Ambroſius, h Per memoriam, inquit, patri Deo ſimiles ſumus, per intelligentiam, filio: intelligentiæ enim tribuimus omne quod verum cogitando inuenimus, & quod etiam memoriæ commendamus: per voluntatem ſpiritui ſancto quia ex voluntate amor dilectióque. Et per Spiritum ſanctum charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris, vt ſcribit Paulus. i Intelligentia & notitia in hominis itaque imagine inſigne maximum. Quanquam nõ ignorem etiam imaginem Dei in homine ad alia poſſe extendi, quæ homini inſunt, & in quibus homo Dei quã dam profert in ſeipſo præſtantem dignitatem ſimilitudine, quam explicant Rabini in vaïtzra Rabba. k Nempe quòd ſicut anima replet & regit corpus: ita Deus mundum. Et ſicut anima eſt vna in corpore: ita Deus vnus in mundo: Et quemadmodum anima nec manducat nec bibit, ſic nec Deus: & vt anima videt & non videtur, ita & Deus omnia conſpicit & non videtur. Quos ſequuti Catholici interpretes ferè omnes, & potiſſimum D. Ambroſius, l ſimilitudo, inquit, Dei in anima hominis creati ad imaginem Dei eſt etiam, quod ſicut Deus eſt vbique ſemper totus, omnia

f lib. 2. in Iudæos c. 8.

g lib. medit. ĩ prin.

h li. de dignit. humanæ conditionis c. 2.

i ad Rom. c. 5. verſ.

k ſuper c. 4. Leuit.

l dicta lib. 2. de dign. hominis. c.

viui

viuificans, mouens, & gubernans: sic anima in suo corpore, vbique tota viget, viuificat illud mouet & gubernat. Sed & D. Athanasius, [m] aliam Dei in homine imaginem commemorat esse, nēpe quod sicut Deus rex omnium est, ita & homo eorum quæ in terra sunt rex sit constitutus, & ad similitudinem Dei, id est, vt quemadmodum Deus bonus, misericors, iustus, longanimis, & talis sit homo imitatione. Ita & D. Chrisostomus. [n] Est autem differentia imaginis & similitudinis Dei. Imago namque in interiori homine, imago in æternitate: similitudo autem in moribus, vt ait Albinus quondam præceptor Caroli Magni. [o] Quòd magna itaque prudentia & scientia egeant homines ad conseruandam dignitatem hanc, & ad agendas Deo gratias, nemo ignorat, quam & Deus cum consilij quadam specie, vt ostenderet eius dignitatem & excellentiam fecit, dum dixit, faciamus hominem ad imaginem &c. cùm tamen reliqua creauerit nudo & simplici iussu, per fiat: vt legimus in mundi Genesi, [p] nulla vel adhibita diligentia, existimans hominis creationem proprium, & manibus suis adorandis solum dignum opus, vt doctè Græcus, & disertus author tradit Theophilus Theologus, [q] & Iunilius

[m] lib. de diuer. quæstio. quæst. 8.

[n] Tomo 1. homilia 8. & 21. in Gene.

[o] li. quæst. in Genes.

[p] Genes. 1.

[q] li. 2. cōtra Autolicum.

lius episcopus Africanus, r consilium ante auocatum trinitatis in illo faciamus, inquit, Deus, hominem, rursumque alia ad opus ordinata: accepit, inquit Deus, de puluere, insufflauit post, ô mysteria recondita, quæ hominis indicant dignitatem? De qua videndus D. August. s D. Chrisostomus, t D. Basilius, v vt certè qui ignorantiam consectantur, & splendorem tantæ præstantiæ non exhibent, potius pecudis formam, quàm hominis ostendant. Cùm scientia sit, vt ait Maxi. Tyrius, x flos quidam fructúsque maturus ex animi semine: ignorantia autem istius seminis cessatio: imo vt ait D. Marcus, y πάντων τῶν κακῶν προηγεῖται ἡ ἄγνοια, δευτέρα δὲ αὐτῆς ἐστὶν ἀπιστία. Et rursus, ἄγνοια ἀντιλέγειν πρὸς τὰ ὠφέλημα παρασκευάζει ἡ θρασυνομένη ἄυξει τῆς κακίας, id est, Omnium malorum dux est ignorantia: secunda post eam infidelitas. Et ignorantia causa est cur vtilibus contradicimus, quæ si comitem habet superbiã, auget malum. Et Iesaias, z væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt famæ, & multitudo eius siti exaruit: propterea dilatauit infernus animam

r in cõmẽta. in Gen.

s Tomo 4. in fine 6 li. exameron c. 1. & lib. 22. de ciuitate Dei c. 1.

t homilia 11. in Gen. Tomo 1.

v homilia 11. exameron.

x sermo. 28.

y li. περὶ νόμε πνευματικῦ de lege spiritali.

z cap. 5.

mam ſuam & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & deſcenderunt populus eius, & fortes eius, & ſublimes, &c. Quæ & ponuntur à Gratiano alibi. [a] Et ſi quis acutius etiam omnia cõſideret, facile ſine vlla rationis probatione, & ſola rei demõſtratione compulſus, fatebitur ingenuè, ſummum malorum eſſe ignorantiam gradũ in omni vitæ genere. nã iſtius malo ſequimur aduerſa, repellimus vtilia, obnoxia tentamus, fugimus meliora, otio, in dedecore, pædore putreſcimus, dũ quid profit ad promouendum gradum ad altiora ignoramus. Et dum ſcientiam, vtilium ſaltem abhorremus, hominis dignitatem non ſolũ à nobis abiicimus, ſed etiam viliores cunctis rebus etiam inanimatis reddimur. Ea namq; ſingula, ſibi conuenientia norunt, & quadam ſympathia, iungi his omni ſtudio tentãt, & aduerſãtia naturali antipatia fugiẽtes, velu ti ſciẽter auerſantur: neq; animalia vel plãtæ alimentũ aliud cõueniẽs ſuę naturæ, natura ipſa admonita depaſcuntur. Et Menãder, [b] huiuſmodi homines ignorãtiæ mancipes, nec viuere cenſebat. verba eius ſunt:

τυφλὸν τὶ ἀνοητὸν εἶναι μοι δοκεῖ,
ὃν ζῶσιν οἱ τί μὴ συνιέντες σοφὸν. id eſt,

Cæcũ mihi videtur id eſſe quod nõ cognoſcit,
Nec viuunt hi, qui vt expedit non intelligunt.

a in cano. ſi quis hominẽ & cano. væ qui dicitis 11. q. 1.

b apud Stobæum.

Et forsan id voluit D.Chrisostomus,cùm e scribit hominem eum qui se iugo ignorantiæ submiserit,deteriorem bruto esse.Nam vt idē alibi, d dedit nobis intellectū Deus, vt ignorantiam fugemus ex mentibus, vt rectum teneamus,iustúmq; rerum iudiciū, atque ad alia huiusmodi dirigamur, & cōtra diuersarum impugnationem varios incursus,hoc quasi scuto vsi,ac lumine, maneamus innocui atq; muniti. Atque imminet vitium ingratitudini proximum, si cōcessam à Deo cognoscendi facilitatē, reiiciamus vt inutilem. Suo enim quisq; vitio ignorat, vt ait Tertullia. e Estque morbus hic,non necessitatis, sed deprauatæ ac corruptæ voluntatis, qui viam parat lubricam & omni ex parte ad mala declinantem,nō minus ac siquis cineribus incedat dolosis, in recessu ignem ardentem continentibus. Neque vsq; adeò ignorātia sterilis est,quin nō odibilem fructum & infœlicem pariat, vt scribit Ioan. Salesberiensis, f & Cicero,g ignorationem semper vitiosam esse ait rebus in omnibus,& contra scientiam & notitiam,virtutē.Atq; secundū Arist.h omnis prauus ignorat quę agere oportet,& à quibus est abstinēdū,& ob huiuscemodi errorē,iniusti homines malíq; omnino fiūt.His accedat Plato,qui i ignorātiam definit esse

c in homilia in Psal. 48. Tomo 1.

d Tomo 2. homil. 21. in Math.

e Tomo 2. lib.de virginib. velan.

f lib.3.Polycrat.c.1.

g li.3.de finib. bono. vel malo. circa finē.

h li.3.Ethi. ad Nicoma.c.1.

i lib. 15.in Sophista vel de en-

demen

dementiã animæ quandã, quæ dum ad veritatẽ nititur, intelligẽtia ipsa præuaricatur: & duo malorũ genera cõstituit, vnũ quod communiter improbitas nominatur, animi proculdubio morbus: Aliud ignorãtiã quæ propriè animæ est turpido, aduersus quam alexa pharmacũ solũmodo præstat doctrina, & idem [k] malũ & stoliditatẽ dicit ignorantiam, interdũ ridiculam, cùm illa est imbecillis: interdũ terribilem & odiosam, cùm illa est valida: siue sit in bonis vel externis, siue animi siue corporis. Et eo magis illa ignorantia grauior, quò crassior & nocentior est: veluti quando scientię vel opinioni vel rationi, quæ natura dominatur, animus aduersatur, vt idem Plat. tradit. [l] Quod & Horatius [m] expressit,

-Sed quod magis ad nos
Pertinet, & nescire malum est.

Neq; existimemus ignorãtiæ delictũ leuis esse põderis, cũ quis scire possit & cõtẽnit nosse. Tale nãq; est, vt expiatione & hostia egeat, cuius oblatione Deus optimus placandus sit. [n] Cui iniuria per peccatũ graue irrogatur, quod contemptu tanti beneficij, quo nos animi ratiocinatione & lege pectoribus nostris inscripta donauit, ab illo munere cognitionis & à cura sciendi vacui simus. Et refert etiam D. Paulus [o]

k li. 10 siue in Philebo vel de summo bono.

l li. 34. siue dial. 3. de legib.

m li. 2. satyra. 6.

n Leuit. c. 4. & Num. c. 15. b. ver. 20. & seq.

o ad Hebræos c. 9. b. ver. 7.

In secundo tabernaculo templi, semel in anno introisse, solum Pontificem, non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia. Dauid quoque p Deum deprecabatur ne ignorantias suas in memoriam reuocaret. Et Salomõ in oratione sua, q inter cætera quæ à Deo efflagitat, illud adiecit, Ne crescant domine ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & cadam in conspectũ aduersariorum meorum. ita certe opprobrio dignum ignorare, & maioris notæ exprobratio voluntariè & cum culpa ignorare. Sic enim propheta regius describens iniqui malitiam insignem, testatur, r Verba oris eius, inquit, iniquitas & dolus: noluit intelligere vt benè ageret. Neque his relinqui spem veniæ, vel eam difficulter assequi qui veluti voluntariè peccantes, voluntariè ignorauerũt, cõstare potest ex Paul. s εἴ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω, si quis ignoret, ignoretur. Patent namque viæ multæ discendi, & cognoscendi, quæ quidem contemptæ eximiam arguunt ignorantium culpam. Nec rectè dici potest, inquit Augustinus, t Si nescit homo non peccat: sunt enim peccata ignorantium, quamuis minora quàm scientium. Et si cum eodem D. Aurel. Augustino v loquamur, nulla ignorantia damna

p psal. 24. b.

q quæ refertur Eccle. ca. 21. 1. versic. 3.

s Psal. 35 versu. 3.

a cap. 14 circa finẽ prioris ad Corinth.

t lib. de adult. coniug.

v epistol. 105. scripta ad Sixtum Romanum presbyterum

tione

tione immunis est, ac per hoc inexcusabilis est omnis, qui ex ea peccat, vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat: Quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere nolue runt, sine dubitatione peccatum est: In eis autem qui intelligere non potuerunt, pœna peccati. Ergo in vtrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Et si quis tã alienus à ratione sit, vt hominis naturã ad sciẽdum & cognoscendum, à Deo optimo maximóque creatam non agnoscat, audiat saltem Ethnicorum prudentum authoritatem, qui examinatis naturæ simplicis pon deribus, ignorantiam & iustitiam iuris sui, nocere cuique ignoranti dixerunt, vt Paul. Iurisconsc. scribit. [x] Quin & facti ignorantiã si illa resupina sit, non esse ferendam volue runt, quamquam scrupulosa eius inquisitio non exigatur. Scientia enim hoc modo æstimãda est, vt neq; aut negligentia crassa, aut nimia securitas satis excusata sit, neque delatoria curiositas exigatur, vt scribit Vlpia. [y] Atque in delictis, ignorantia etiã sanctionis vetãtis commissis, nuncio vindictæ locum sibi vindicat: vt scribit Papinian. [z] Tum quòd naturaliter quisque satis supérque moueatur de rectitudine & ratione viuendi,

[x] in l. 1. & l. regula l. 9. Mart. in l. 2. de iur. & fac. igno ran. lib. 22. Pand. tit. 6 cum simil. iuribus ibi à glossa notatis.

[y] in l. nec supina l. 6. eod. tit. de iur. & fact. ignor.

[z] in l. 1. de legib. lib. 1 Pand. tit. 3.

uendi, tum quia leges omnib⁹ cognitę esse debent l. leges sacratissimæ l. leges vt generales C. de legibus lib. 1.

Scientiam nobis subministrare etiam, conscientiam. CAP. X.

GErimus etiam continuò innatum nobiscum pædagogum, qui nos ad scientiæ notitiam peruigili stimulo accendit etiam inuitos, & naturaliter, is est conscientia, quæ, vt verè aureus Chrisostomus scribit, [a] incorruptus iudex, cùm aduersus hominem insurgit, clamat, accusat, & ostẽdit, & quasi ante oculos scribit peccatorũ magnitudinem: eamque ob rem misericors Deus principio, cùm formaret hominem, conscientiam illi indidit, accusatricẽ perpetuam, quæ decipi & deceptionem ferre posset nunquam. Et licet quis admisso peccato, perpetratóq; aliquo facinore illicito, omnes homines celet, illa tamen accusatio non latet: Nam hanc intrinsecus habentes, vbicunque sumus circumferimus. ipsa nos circuit, obturbat, laniat, flagellat, nunquam quiescit, sed & domi, & in foro, & in tẽplis, & in mensa, & dormientes, & surgentes adoritur, rationem delictorum exigit, óbq; oculos

[a] Tomo 1. homil. 17. in Genes.

oculos proponit, & delictorum grauitatẽ, & subsecuturam pœnam. Et rursus idem, b loquens de exomologesi Lamech, qui occidit Caim, Misericors, inquit, Deus conscientiam eiusmodi accusatorem assistere voluit, vt nunquam soli relinquamur, sed ille nobis indesinenter cõgrediatur, clamet, & pœnam exigat delictorum. hocque satis per se apparet. Scortator enim vel adulter, & qui aliud tale quippiam admisit, quod omnes præter conscios latere queat, nũquã tamen sic in solitudine versatur, quin comitatus illo accusatore suspicionibus non abundet, vmbras non extrepidet & omnibus patere non credat tum conscijs, & iis qui non sunt: perpetua in animo eius, furit tempestas, reciprocantes eum agitant & contrarij fluctus, non somnus & suauis, sed terribilis & formidine plenus: non cibus probè quantumuis conditus voluptatem præbet, amicorum colloquia, non musica, non aurum, non vxor, non liberi, non reliqua id genus: sed quasi carnificem circungestaret se lancinantem vel flagellantem continuò, ita post admissum facinus obambulat nullo conscio, intolerabiles luẽs pœnas, iudex sui factus, & accusator. Exempla duo retulisse sufficiet principum Romanorum, qui cùm fastigiũ imperij orbis ferè

b eod. tomo 1. hom. 20. in Genesim.

ferè totius tenerent, nec legibus superioris constringerentur ob quas terreri possent, ea tamen conscientia accusatrice, legẽ Dei altissimi & naturæ se offendisse. sed serò cognouerunt, & qui reuocantem à male agendo conscientiam, non fuerant secuti, eãdem vindicantẽ acerrima iurisdictione, velut furiis diris & Erynnibus, iam viui agitati horribili pauore experti sunt. Horũ vnus insignis crudelitate Nero postquam Agrippinam matrem interfecit, nocturno tempore, tanto metu conturbabatur, vt de lecto repentè prosiliret, & interdiu eum perterrefaciebant tibicines auditi, quo in loco Agrippinæ ossa sepulta erant. Quamobrem aliò migrabat: cumque ibi idipsum accideret, perterritus aliò proficiscebatur. Et paulò post, morte iam illius ianuas pulsante, exorto tanto ac valido terræmotu, vt terra concussari visa, vt animæ hominum ab eo interfectorum insultare putarentur. tunc fugiens omnia perhorrescebat: si catulus paululum latraret, aut caneret gallina, aut si virgultũ aut ramus arboris moueretur, grauiter conturbabatur ex causis quibus quiescere non poterat, vt scribit Xiphilinus ex Dion. Cassio.[e] Alius Antonius Caracalla, ita conscientia criminum patratorum, & parricidij torquebatur, vt videretur

[e] in vita Neronis.

retur agitari à patre & fratre gladiis nudis & districtis, ab his gestatis, vt scribit idem Xiphilinus. [d] Sic & aliis impiis malorum conscientia pœna est: bonis autem & iustis conscientia nihil sibi cõscia, gloria, vt scribit D. Ambros. [e] Nec vllum virtuti maius theatrum, vt dicebat Cicero. [f] Sicuti enim theatrum quæ ibi imponuntur liquidò manifestat: sic & conscientia, quæ & bona & mala veluti in theatro exposita, aperta manifestat. Nã vt testatur D. Mar. Heremita, [g] φυσικὴ βίβλος ἐστὶ συνείδησις ὁ ἐμπράκτως ἀναγιγνώσκων αὐτὴν, λαμβάνει πεῖραν θείας ἀντιλήψεως, id est, naturalis liber est conscientia, hanc quicunque strenuè & diligenter legerit, diuini auxilij haud dubiè capiet experientiam. Addendus est huic Thalassius monachus, [h] magistra, inquit, vera conscientia est, quam si quis consultauerit, absque scrupuli offendiculo permanet. Habet enim in se cognatam quodammodo quisque boni & mali cognitionem, & ideo cõscientia dicta, quasi in nobis scientia. quæ si mala agere conemur, id malum esse cognoscens statim dissuadet, & irrationalem illam partem brutam & animalem quodãmodo obiurgat & reiicit. Et Horatius, [æ]

-Hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

[d] ex Dione in vita eius

[e] lib. 1. officio. ca. 12.

[f] lib. 2. Tuscul. quæst.

[g] lib. περὶ νόμου πνευματικῆς, de lege spirituali.

[h] hec catõtade 1. de chari.

[æ] Horat. 1. 1. epistol. epist. 1.

Quò

Quò fit, vt qui in animo insidias aliis moliuntur, qui scelus mente agitant, quiue alienum à ratione & noxium versant mẽte, turbulenti, inquieti, tristes ve sint & minimè colore constantes, ex duello intestino inter rationem & prauas concupiscentias, quod intra septa animæ & corporis, acriter geritur, dum inferior animalis pars rationem expellere conatur vel dum vicissim scientia mali, futuram mali perniciem & vindictam imminentẽ, passionibus obiicit. Considerare hîc licet faciem mentis inquietæ indicẽ in Caino. [i] Is enim iratus in fratrem & inuidia excandescens in necem eius, cùm eam animo volueret, concidit vultu, ad quem ideo Deus, Cur iratus es, & cur concidit facies tua? nonne si benè egeris, recipies? sin autem malè statim in foribus peccatum tuum. Et prudens Iacob videns immutatam faciem fuisse soceri sui Labàm optimè coniecit fraudem aliquam contra se illum tractare, & cum vxoribus suis ab eo ideo recessit. [k] Sunt & his similia exempla & quæ experientia assidua hominum impiorum discuntur. Quia vt scribit Plutar. [l] conscientia facinorosa, instar est vlceris in corpore, vtpotè quæ pœnitẽtiam relinquat lancinantem iugiter, vellentémque animam. Nam cùm alias omnes tri-

i Genes. 4. ver. 5. & 6.

k vt scribitur Genes. cap. 31.

l li. de trãquil. animi

tristitias tollere ratio solita sit, solùm hæc eadem pœnitentiam facit sua sponte incitabilem præ pudore, quasíque mordicus impetentem, sese atque excarnificantem. Digna certè Plutarcho sententia. Iniicit namque mali scrupulum, ratio hominis pædagoga, nec patitur vestigia pœnitentiæ & doloris ex malo longius amandari, vt ea veluti freno in lasciuiente natura vtatur: siquidem vt notat Cicero, [m] plura videntur adferre authoritatem peccandi, nisi & virtutis & vitiorum, sine vlla diuina ratione, graue ipsius conscientiæ pondus esset, qua sublata iacerent omnia. Admirabilis itaque vt in reliquis suis operibus Dei bonitas, prouidentia & supersapientia, dum nobis tam fidelissimum comitem, conscientiam dico, atque inuiolabilem, incorruptum & rerũ necessariarũ omniscium iudicem adiunxit, qui nusquam aduletur, nusquam malefactis consentiat, qui errantes & dementes in rectum iter nos reducat, cogátque ad bonum eligendum. Non grauabor Sapientis verba hic transferre quę aurea certè sunt [n] huiusmodi:

[m] lib. 3. de nãtu. deor.

[n] scripta Sap. ca. 17.

1 Magna sunt iudicia tua domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt.

2 Dum

2 Dũ enim persuasum habẽt iniqui, posse dominari nationi sanctæ, vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.

3 Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento, dispersi sunt pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati.

4 Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparent.

5 Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec syderum limpidę flammæ illuminare poterant illã noctem horrendam.

6 Apparebat autem illis subitaneus ignis timore plenus: & tremore quæ nõ videbatur faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur. Et paulo post o frequenter enim prę occupãt pessima, redarguẽte conscientia. cùm sit enim timida nequitia, testimonium dat cõdemnationis: semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.

o vers. 10. & seq.

Possimus etiam huiusmodi furiarum agitationem annotare, apud Euripidem in Orestis

Oreſtis perſona, p ob occiſam matrem. Et iiſdem adactum ad conſilium necis Hermiones & Helenæ. Vidēda etiam tragœdia Electræ eiuſdem, vbi Oreſtis conſcientia agitata videtur teterrimis diris, quòd Aegiſtum & Clytemneſtram necaſſet. Idque ſimiliter in reliquis tragœdiis eiuſdem, & Senecæ, annotare facile erit. Et admiranda illa apud Plutar. q vbi malos perpetuò horrere oſtendit, vel ſomniorum terriculamētis agitatos, diurníſque ſpectris & oraculis & portentis ſibi ſemper conſcios ſcelerū: vt Apollodorus aliquando ſe per ſomniū à Scythis excoriari, in fruſtáque concidi, & ex lebete cor loqui ſuum conſpexit, & filias igni flagrantes. Et Hypparchus Piſiſtrati filius, paulò ante obitum, Venerem ex quadam phiala faciem ſibi aſpergere vidit, Pauſaniaſq; Bizantius, poſt ſtupratam virginem liberam Cleonicem, & cùm terrore correptus forſan peremiſſet: phantaſmate illius aſſiduis vbique terroribus fuit perturbatus, vt Heracleam ad animarū expiationem nauigaret: fuitque tota vita carcer, cuſtos, & tortor. Siquidem conſciētia exagitati, & propriam vitam execrantur. Hinc tot mortem ſibi conſciuerunt, impatientes iudicij conſcientiæ. Sicuti enim ab initio ante ſcelus, dum illud cōcipiebatur,

p In comedia Oreſtis

q li. de ſera numin. vindic.

timores vndecunque scientia boni & mali naturalis deterret: Sic commisso facinore eadem est temeritatis vltrix, & suo principio finis respondet. Nam sceleſti (vtar verbis Statij [r])

[r] li.3.Thebaid. vers. 4.

Inuigilant animo, sceleriſq; parati
Supplicium exercent curæ. Tunc plurima versãt
Pessimus in dubiis augur timor.

Addit & Aul. Persius rationem, perquam elegantem, & quæ nostram sciendi facultatẽ ex propria natura singulis, vt ita dicã, atomis susurrat. Is enim [s] dum respõdet illis qui vindictæ animo sibi licere pro voluntate omnia putant.

[s] Saty.5. versi.93.

Stat, inquit, cõtra ratio, & secretã gannit in aurẽ,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum naturaq; continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

[t] ad Rom. c.2.ver.14 & 15.

Quod quidem etiã D. Paul. scripserat [t]. Cùm enim gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem nõ habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium ipsis reddente cõscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationem accusantium, aut etiam defendẽtium. Porrò in accusatione & defensione lis maxima, & consequenter perturbatio.

Et

Et qui huiusmodi mordẽtur iurgiis interi⁹, sunt, vt plerunque vultuosi & ferè horribiles & inquieti,& ꝑ viscera mersus ignis ille & per venas meat, voratq; quietis intimas medullas,feruétq; malo miserabile pectus insanum,& vultus,luna ipsa, ad quæq; mutabilior fit, sed magis scelere patrato. Describit id & perpulchrè Ouidius, v de suo crimine loquens:

v lib. 1. de Põto eleg. 1. ad Brutũ versu. 59.

Pœnitet,inquit,ô si quid miserorũ creditur vlli,
Pœnitet:& facto torqueor ipse meo.
Cumq; sit exilium, magis est mihi culpa dolori,
Estq; pati pœnam,quàm meruisse,minus.
Vt mihi di faueant, quibus est manifestior ipse:
Pœna potest demi,culpa perennis erit.
Mors faciet certè ne sim,cùm venerit,exul,
Ne non peccarim,mors quoque non faciet.
Non igitur mirum est, si mens mea turbida facta,
Deniue manantis more liquescit aquæ:
Estur vt occulta vitiata putredine nauis:
Aequorei scopulos vt cauat vnda salis:
Roditur vt scabra positum rubigine ferrum:
Conditus vt tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus
Fine quibus nullo conficiantur,habent.
Nec prius hi mẽtem stimuli, quam vita relinquẽs
Quiq; dolet citius,quam dolor ipse cadet.

Mirum certè quod canit Ouidius, nec pœnam impositam posse ex delinquentis animo culpæ memoriam eradere, vt inde ab effectu sit manifestum ignorantiam illa

hominum boni & mali obtusam, tanti esse delicti vt perpetua pœnitẽtia animum excruciet eius, qui noluit dignitatẽ hominis in eo agnoscere, quíve Dei beneficium ita oscitanter neglexit. Neque alius quàm ille liber conscientiæ, vt existimo, erit, qui in generali & horribili Dei iudicio, palàm aperietur, quí've nostra ex ordine scelera omnibus insinuabit, cuiusue accusatione incorruptissima, ab excusationibus quas prætexímus peccatis, conuincemur. De iudicio enim extremo sic loquitur Daniel, x aspiciebã donec throni positi sunt & antiquus dierum sedit, & vestimentũ eius candidum, quasi nix, & capilli capitis ei' quasi lana munda, & thronus eius flammę ignis, & thronus eius ignis accensus, fluuius igneus egrediebatur rapidúsque à facie eius, millia milliũ ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: in iudiciũ sedit, & libri aperti sunt. Scripsit enim in cordibus & rationis proprietate scientiã illam Deus opt. maximus. Sicut enim corpus nostrum sociam sibi vbique circumfert vmbram, veluti negotiorum nostrorũ cõtestem, nunquam enim à nobis abest, sed in luce clarè nos prodit, sequens vel præcedens: Sic socia animæ cuique conscientia, quæ nusquam à nobis recedens, conscia est

x cap. 7. c. versic. 9. & 10.

nostra

noſtrarum etiam interiorum cogitationũ. Et ita, vt ait Iuuenalis, y

y Saty. 13. in princip.

Exemplo quodcumq; malo committitur, ipſi
Diſplicet authori, prima eſt hæc vltio, quod ſe
Iudice, nemo nocẽs abſoluitur, improba quãuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Et rurſum: z

z ead. Saty. 13. verſ. 191.

-cur tamen hos tu
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos? Et ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multò ſæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus,
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Sicut contra Theſaurus præſtabilior nullus optima conſcientia, neque cor habere expoſitum morſibus, veſuti Promethei iecur continuis renatis eſcis in cogitationũ iniquarum monte, ab aquilæ corroſionibus expoſitum, bonum namque ſocietatis teſtimonium, pax conſcientiæ & quies hominis cum ea. Et bona, inquit Salomon, a eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impij. Cor hominis, immutat veſtigium illius ſiue in bona ſiue in mala. Et D. Paulus b à conſcientiæ teſtimonio probationem veritatis ducit, dum ait,

a Eccl. ca. 13. d. verſi. 30. & 31.

b epiſto. ad Roma. c. 9 a. verſi. 1.

veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium perhibente mihi conscientia mea in spiritu sancto. Et D. Ioannes, charissimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deũ. Et ex illa bona conscientia cognitionem haberi docet Paul.[d] dum auios à conscientia ignorantes fieri dicit. Finis præcepti, inquit, est charitas, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta: à quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legisdoctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Quæ omnia communi & conueniente calculo admonent, non inutiliter nos ad sciendum animos, tamquam ad propria persequenda, excitare oportere, quando & naturaliter dignitas illa hominis seipsam intrinsecus, etiam in hominibus rudioribus tueatur, & doceat scientia cognata vel conscientia, quæ facienda, quæ ve vitanda sint. Mens enim agendarum rerum est domina, conscientia verò eorũ quæ menti videntur. Quamobrem si mens opera bona eligit facienda, conscientia applaudens, virum vbique laudat. Si autem ad aliqua delicta mens prolabitur, non finit conscientia talem hominem quemquam rectis oculis perspicere,

nec

1. epist. c. 3. d. ver. 21.

d epist. 1. ad Timoth. c. 1. b. ver. 5. 6. 7.

nec expeditè verba proferre: à sacris quoque, & præcibus, votísque eundem arcet, neque manus ad Deum attollere sinit, & attollentem increpat ac reiicit, sicuti leges contra rebelles fieri iubent. Multáque alia operatur quæ scribit Philostratus. e

e lib. 7 de vita Apollo. c. 7.

Ratio alia, cur discere expediat ducta ab eo quod se homo nosse debeat, & aliæ. CAP. XI.

OPortet & superioribus aliã addere rationem, quæ calcaria adhibeat ad discendum, & ad animæ per omnia excolendam aciem. Nempe quod homo seipsum cognoscere, vt ab initio delineauimus, debeat. Nam, vt ait Ausonius, a Chilo, cui patria est Lacedæmon, noscere seipsum dixit, vbi Chiloni istud aureum tribuunt, sicut & aliqui antiquorum. quamquã Antisthenes in successionibus, putet hoc præceptum Nosce teipsum, Phæmonoës, & sibi vsurpasse Chilonem, & alij Thaleti acceptum referant: b sed melius ex Dei admonitione nobis insinuatum dixit Plato, qui Delphico attribuit oraculo. c Et Isocrates d, Cicero e, & Plutar f. qui & expressius

a de septẽ sapient.
b vt legitur apud Diog. Laër. li 1. de vita Philoso. in Thaleti Milesij vita.
c lib. 5. in Alcibiade primo siue de natura hominis.
d oratio. 11. quæ panathena. dicitur.
e 5. de finibus.
f in oratio. consolatoria ad Apollonium.

g lib. illo Christiano de vtilit. capienda ab inimicis.

h satyr. 11. ver. 27.

pressius alicubi, g Deum præcepisse dixit nosce teipsum. Quod & iuuenalis ait. h

E cælo descendit γνῶθι σεαυτὸν
Figendum & memori tractandum pectore, siue
Coniugium quæras, vel sacri in parte senatus
Esse velis (nec enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se traducebat Vlysses
Ancipitem) seu tu magno discrimine causam
Protegere affectas, te consule, &c.

i li. de interio. domo c. 65.

k ad Q. fratrem li. 3. epist. epist. 6. siue omi nium epist. epistola 22.

l satyra 3. ver.

Et certè Deo dignum præceptũ hoc. Nulla enim scientia melior est ea, qua homo cognoscit seipsum, vt voluit D. Bernardus i illud autem duplici ratione iniunctum est, vna vt arrogantiam vitemus: alia vt bona nostra nouerimus, vt scribit Cicero: k vtrumque Persius l complectitur, dum ait:

Discitéq; ô miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus aut quidnã victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quam mollis flexus, & vndæ,
Quis modus argẽto, quid fas optare, quid asper
Vtile munus habet, patriæ, charísq; propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

Cùm autem homo sit mundus quidã paruus, μικρόκοσμος Græcis, omnia simul in sese collecta complectens, siue quæ in cælo & quæ in terra sunt, is vt postremus ideo creatus, si fieri possit omnia agnoscat, quæ intra

intra se sunt, & potiora quæ extra, oportet. Nam homo omnis creatura est, imo & Deus, cùm & nouissimè ad perfectionem & colligationem cathenæ eximiæ & admirandæ rerum, stupendo, sed nobis necessario & salutari modo Deus homo factus, in vna hypostasi domini nostri Iesu Christi, dum diuinitas, filius nempe Dei, veram hominis naturam dempto peccato, anima & corpore constantem, ad mysterij consummationem assumpsit. Cæterùm in homine duo generaliter, aliarum rerum præsunt notionibus, anima, inquam, & corpus: anima incorporalium substantiam cognoscendam suadet, dum per eam immortalitatem, intelligẽtias superiores, Deum ipsum & inuisibilia reliqua, in nostra illa superiori parte reuoluimus, inquirimúsque, & similis essentiæ intelligentiis, delectamur, dum animam nostram ex digniori quadam virtute affici sentiamus. Item in corporis consideratione, & naturaliter agnoscere cogimur, solutionem, compositionem, incrementum, decrementum, morbos, motus, corruptionem, temperiem & discrasim, & per cosequens statim elementa, & elementata, & nobis ipsis cognitis statim peruenimus ad rerum omnium cõtemplationem, cathena nostræ constructionis

examinata, dúmque prima nostra elemẽta inquirimus, sese nobis offert semen, ex quo prodiit corpus plantæ hominis, hinc protinus reliqua semina plantarum in se vim producendi continere nouimus. Et dũ embrionem in vtero fieri, & incremẽto sanguinis materni perfici audimus, statim & coniicimus & docemur, & lapides in lapidinis materiæ additione augmentum suscipere, & ex corporibus elementatis mixtiones fieri huiusmodi. Dehinc considerantes partum in vtero matris, non per os sed per vmbilicum & eius canalem ad iecur delatum, ex matris viscerib⁹ ali. Docemur illud maximum mysteriũ Dei, omnes nos fuisse ante natiuitatem vnius carnis cum parentibus, & ideo iustum in nos iudicium Dei propter peccatum primæ matris, & Adami: peccante enim matre & cibum vetitum gustante, iam nos qui in eius vtero eramus, & eius nutriti sumus venis, ab eo cibo alieni esse nõ possumus. Cognoscimus quoque vim quotidie vegetantem, modũ vegetandi, attractionem alimẽti per partes ei rei deputatas, retẽtionem, expulsionem, idque communi experientia, ex qua artes natæ sunt perfectiores. hinc statim docti aliud quippiam præstantius in homine ex forma, ex sermone, ex commercio, operatione,

tione, societate, prouidentia, & cautione. Idque vel nemine, & nisi natura docente: quæ etiam & mores diuersos hominũ per se insinuat cuique diligenter obseruanti, & ferè tot quot sunt passiones, & quot animãtium omnium sunt ritus viuendi, vt Horat. non immeritò dixerit [m], in creatione hominis, à prouidentia diuina, quam vocat Prometheum, factum, vt omni ex animãte particula quædam accesserit.

[m] lib. 1. odar. ode 16 versi. 13.

Fertur, inquit, Prometheus addere principi
Limo coactus, particulam vndiq;
Desectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

Et Hesiodus [n] hanc imaginem ex terra aquáque, per Vulcanum siue ignẽ iussu Dei factam, forma & voce & robore hominis donatam παναλῶρην, pãdoram dictã fuisse dicit, eo quòd omnium cælitum, & deorũ dono aliquo nobilitatã eam referat. Quocirca Rabini Caballistę in opere Miarcana, in arbore numerationum siue Tipheret, ponunt magnum Adamum in medio Sephiroth suis mediis numerationibus, & quasi lignum vitæ in medio ideali paradiso: quia ad superiorum & inferiorum notitiam, ex sua ipsius cognitione peruenire potest. Et si benè in operibus Dei philosophemur, hominem reperiemus, veluti centrum rerum omnium

[n] lib. opera & dies.

omnium creatarum,à quo ad circumferen tias omnes pateat æqualis aditus. Animalia quippe quæ aqua teguntur in aqua sola viuunt præcipuè: volatilia in aëre vt plurimum: quadrupedia in terra, & ea omnia, & alia singularia quædam habent elementa: at homo vtrisque fruitur, capite perpetuò cælum conspicit, & mente extra cælũ extollitur, duobus pedibus terræ possessionẽ custodit, & duabus manibus, inter vtraque elementa libratus auium more, ad quã partem placuerit, dirigit actus, & alia domat, sursum attollit vel deprimit. oculis & cælum & terram & omnia contemplatur, & in cẽtro mũdi cum ratione positus, incola nempe terræ, vt quaque versus omnia in homine consentientia noscantur, ratione pro regula data. sic habet essentiam, vt corpora alia simplicia: producit, vt terra, & semina, & plãtas, & animalia: producit namque intra se lapides vt ossa, & animalia intrinsecus vt vermes, herbas virẽtes, flatus, metalla, sanguinem, lac, spiritus animales, vitales: vegetatur vt planta, vt arbor frondescit, cùm sint pedes illi manúsque & digiti pro ramis, sitque homo planta inuersa, habens radices & basim in cælo, nempe caput & comam, traducens hinc formam pyramidalem, vt corpora mundi elementaria omnia

omnia. Nam sicut pyramidem curtam faciunt cæli cum terra, si cælum pro basi, quia maioris spatij, & terra pro cuneo accipiantur, hac figura:



Sic & homo pyramidis forma, habet humeros & artus sursum in cælo pro basi, in terra pedes pro acumine, hoc modo:



Et sic in reliquis docere similitudinem mũdi magni & hominis possumus. De quo & Deo iubente plura & latiùs docebimus, particulari de homine libro vel tractatu. Nunc sufficiat admonuisse Deum omnium creaturarum epitomem & anacephaleosin in homine vno & vltimo omnium opere digniori posuisse, vtpote qui eiꝰ causa mũdũ crearit, ipsum, vt Deum cognosceret. Quamobrem & sui notitia eximia & necessaria est homini, vt si rerum mutatione & anxietatibus miseriisque seculi opprimatur, partem illã immortalem & animæ suæ præstantiam considerans, ea veluti temporis exuuias & momentanea & fluxa, animosè contemnat, meliorem excellentiorémque vitam expectet. Et contrà si nimium sibi, anima illa ob suam nobilitatem arroget, & Dei creatoris & superioris obliuiscatur, corporeum ergastulum è tanto splendore vi-

tæ

tæ ſeparatũ, in puluerẽ & fœtidam corruptionẽ, cito gradu currentẽ conſideret: & ſi ſepulchrorũ cadauera fugitauerit, ſaltem in rebus corporalibus mutationem & corruptionem omnia immutantem conſideret, & tantumdem ſibi imminere conijciet, & ad extremum, rerum diſcretione, & ſuam à Deo ſibi datam agnoſcens naturam, omnia in occaſionem laudis & gloriæ traducat ſummi opificis, qui facit mirabilia magna ſolus. Quamobrem & Rabinorum Iudæorum antiqui dixerunt, in libro cui titulus ספר חובת הלבבות ſepher chobat halenabot. 1. liber peccati cordium, conſideranda eſſe & expetenda omnia quæ creauit Deus, dignitatémque & ſubſtantiam eorum omnium, quæ in hac vniuerſitate cõtinentur animaduertendam, à minutiſſimis quibuſque creaturis vſque ad maximas. Et Plato cum Polyticis in Pyreo rem agens, circulares quaſlibet diſciplinas, vt ſapiens in republica neceſſarias dicebat. Et per conſequens & muſicam & gymnaſticam, & eius gratia vndecunque præceptores doctiſſimos requiri iubebat. Cui etiam ſubſcribit Maximus Tyrius, o Sed & Deus verus qui vnus eſt, per Ieſaiam prophetam, maledicit iis qui ea non contemplantur. Sic enim is ſcribit p.

o ſermo. 21

p cap. 5. c. verſ. 11. 12. & 13.

Væ qui cõsurgitis manè ad ebrietatem sectandam & potandum vsq; ad vesperũ, vt vino æstuetis: cythara & lyra & tympanũ, & tibia in conuiuiis vestris, & opus domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis: propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & quæ sequuntur. Et ibi multa notat D. Chrisostomus. Addere huic non erit alienum, scientiam adhuc persuaderi saltem his qui præsunt, vel iudiciorum clauum tenent, tum in ciuilibus vel criminũ moderandis pœnis, & reb. militaribus, eò quod in his non liceat bis impunè peccare, adesseque debeat constantia dictorum factorúmve, quæ maximè inimica & ignorantiæ, perquam veluti qualibet tempestate palantes deiecti mutare sententiam in incognitis cogimur, & dum verum quærimus nunc in hanc nunc in aliam partem declinamus, Andebatarum, vt dicitur, more, in tenebris & mentis palpabili caligine cæcutientes, vt dilucidè ostendit Plato q, fouetur & scientiæ commendatio necessaria à libero arbitrio hominis, quo præditus, vt bona eligat, mala vitet: quod sine cognitione præcedenti boni & mali fieri nequit. Iubet & ratio in homine, quæ cum voluntate non appetitu naturali, vt cætera bruta

q li. 5. dial. 1. Alcibia. siue denat. hom.

bruta, sed cum scientia velle & nolle debet. Suadet & philosophandi omnibus inditus amor, cuius studium omnino ignorantia exterminatur. Nemo enim ritè de aliquo philosophatur, qui illud prius non amet, nemo autem amat quod ignorat, vt docet Diotima fatidica mulier apud Platonem. Inuitant & virtutes ad eorum notitiam, quòd his in vitæ humanæ exercitiis egeamus, nempe iustitia, temperantia, fortitudo, & similes, quæ ignorantiam, vt vitiorum & errorum parentem, abhorrent. Ad extremum & voluptas quæ ex scientiæ delitiis oritur, quæ ve iam incipientem discere à negotiis corporis & seculi quodãmodo suffuratur, & ferè suo applausu supra hominis mentem rapit, nos amplius ad sciendum pellicit: vsque adeo, vt illi qui philosophati ritè fuerunt, pallio solo contenti omnia hæc caduca quæ apud ignorantes plurimi fiunt, vilia & spurcissima, collatione cum scientia facta, iudicauerint, & contempserint, apud se & sibi ipsis reges, & monarchæ, & læti semper, & liberi. Quò enim præstantior est anima corpore, eò & multò magis animi contemplatio, in rerũ scientia præstantior & voluptas suauior, quàm sit in rebus quibus vtitur sensualis pars & corporalis. Et anima liberior, quæ

sua

r li. 25. dialo. cõuiuij vel de amore.

sua agit, & cognoscit aliena magis, quàm ea quæ ignorantia plena, veluti scalidis cõpedibus carnis oppressa, cæcam partem, nempe corpus animale sequi cogitur. Possem & alias & ferè ad fastigium voluminis integri subnectere rationes, quibus ducar necessariò hominem quemlibet ad scientiam assequendam allici & cogi: verumtamen interpellat tempus, vt disposita lectoris mente secretiora aggrediar.

De *mediis & modis discendi & sciendi, præter communem, & humanum ordinem.* CAP. XII.

RElIquum nunc est, de necessitate scientiæ satis sermocinati, proprius salutantes nostram omnium sciẽdi artem, vt modum, & ordinem, quibus hominis natura vtitur ad discendum, explicemus, priusquam artis lineas primas ducamus. Sciendum itaque est animã, quandiu vita hac corporali & temporali fruimur, aliquando sine corpore, sed rarò: in corpore aliquando, & tamen sine corporis ministerio, & sæpius cum corporis instrumentis & organis cognoscere & discere. Et in summa, discit anima, vel siue sua industria,

& absque ordine medióve humano, vel cũ ordine & opera & humana. Dixissem certè nunquam animam in hac præsenti vita extra corpus vel sine eo quicquam posse cognoscere, ni me ab eo reuocassent, imprimis quæ apud D. Paulum de se loquẽtem, scripta comperio, a οἶδα ἄνθρωπον ἐν χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα, ὁ θεὸς οἶδεν, ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα, ὁ θεὸς οἶδεν, ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, id est, scio hominem in Christo, ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore siue extra corpus, nescio, Deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Fuit in eo illud quod vocant Græci ἔκστασιν vel ἀναγωγὴν ectasim vel anagogem, cùm supra meditationes humanarum virium, anima rapitur totis, vt dicam, neruis & viribus, ad meditationem vel contemplationem siue notionem Dei, vel eorum quæ à Deo vt altiora communicantur. tanta namque fit in illa me-

a 2. ad Cor. epist. c. 12. 2. ver. 2. 3. 4.

d tatione

ditatione roboris animæ collectio, vt corpus anima destitutum putetur. cùm tamen verè viuat, & si functiones eius interquiescere putes. Et ita Philo Iudæus [b] ait immortalitatis candidatos, id est, iam cælo inscriptos, veluti Mosem summo concentu & voluptate cælestium raptũ extra corpus, & quadraginta diebus & totidem noctibus cibo caruisse. item alibi, [c] animam non solùm à corporeis sensibus ratiocinationibus Sophisticis, persuasionibúsque, sed etiam à seipsa verè mente contemplantem, exire. Et sunt qui dicant quòd anima corpus omnino relinquat, & per se vagetur, vt quidam rati sunt Hermotimi Clazomenij animam, corpus in somno relinquere solitam, & vagantem per mundũ spatiari, vt scribit Tertull. [d] fit enim quædam mentis alienatio à corpore, & maior quam in somno. Talis ecstasis Adami, cùm ab eius latere Cheua formata est, cúmque prophetauit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. quapropter relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Genes. cap. 2. d. vbi in versu 21. quo Latini habent, immisitq; dominus Deus soporem in Adam, Hebræi legunt, ita in beresceith:

ויפל יהוה אלהים תרדמה על האדם ויישן

[b] Tomo priore lib. de somniis.

[c] lib. leg. allegor.

[d] lib. de anima tom. 2. Plinius, & alij.

sic lege, vaiapel iehoua tardemah gnal haadam vaiischam, id est, & fecit cadere dominus Deus tardemah, siue pluſquam grauissimum somnum, super Adam & dormiuit: תרדמה tardemah, namq; Hebræis significat שינה חזקה scenæhazakah, id est somnum vel soporem fortem, qui scilicet maior est quam שינה scenach. Sicuti & scenach maior est quàm תנומה tenumah, id est quàm dormitatio. Cum hac tardemah vel ecstasi, Abraham didicit seminis & posterorum suorum peregrinationem, seruitutem, liberationem, imperium & benedictiones. e Sic enim Hebræa lectio habet in beresceith, parte quę inscribitur לך לך c. טו versu 12. ויהי השמש לבוא ותרדמה נפלה על-אברם quæ sic lege vaihi hascemesc labo, vetardemah, naphla gnal Abram, id est, & factum est cùm recederet sol & tardemah sine ectasis cecidit super Abram. In Iob etiam f alia tradita doctrina per tardemah, sic enim ibi scribitur ואלי דבר יגנב אזנתקם אזני שמץ מנהו בשעפים מחזיונות לילה בנפול תרדמת על אנשים legas veelai dabar vegunab, vatikam ozeni scemetz menehu, bisgnipim mechezionoth laiela, binphol tardemah gnal onaocim, id. & ad me verbũ reuelatũ est in modũ furis: & recepit auris mea murmur ab ea in cogi-

e Genes. c. 15. c.

f c. 4. ver. 12.

tatio

tationibus p visiones noctis, dũ caderet tardemah super homines. Et meli⁹ apud eũdẽ Iob loquitur hac de re Elihu g כי־באחת ידבר אל ובשתים לא ישורנה:בחלום חזיון לילה בנפול תרדמה על אנשים בתנומות עלי משכב:או יגלי אזן אנשים ובמוסרם יחתום:להסיר אדם מעשה וגוה מגבר יכסה: ci beachat ieddaber el vbeſcetaim lo ieſcuranah:bacholom cheſeon laielah beniphol tardemah gnal onaſcim bitnumoth gnolei miſcab:az iagile ozen onaſcim vbemoſcatã iathom : leaſir adam magnaſce ve geua migebar iecaſſe. id eſt, quia ſemel loquitur Deus, & ſecundo non explanat idem in ſomnio, viſio nocte dum incidit tardemah ſuper homines in dormitationibus (ſiue leui & non profundo ſomno, hoc enim ſignificat תנומה) ſuper ſtratum. tunc reuelabit ſiue aperiet aures virorum, & inſtruens eos confirmat, & veluti ſigillo obfirmabit eos (illud enim ſignificat יחתום), vt auertat hominem ab opere & ſuperbiam viri occultet: his addere poſſumus quæ in contemplatione habentur & viſionibus mentis, reuelationibus diuinis, quæ ve ex incorporalibus mẽte tantùm cõprehenduntur, in quibus quodammodo anima extra corpus rapitur, intentione ſcilicet mentis & diuino quodam

g Iob. c. 33. ver. 14.

auxilio eleuata. Existimo namque in his, verum illud non esse quod philosophi aliqui dixerunt: scilicet nihil prius esse in intellectu quin antea fuerit in sensibus corporis, quod inde falsum apparet: & multa nobis dormientibus à Deo manifestantur quiescentibus sensibus & alligatis, vt ait Aristot. h & Cicero, i veluti visu, auditu, odoratu, gustu, tactu. ídque vel intra se ratiocinante anima, & hinc (veluti ex chalibis cum lapide cõcussione elicitur ignis) quædam colligente, atque reuelationibus instillatis extrorsum, multa notat de futuris vel præteritis, quæ quidem sub sensum non cadunt, cùm non sunt præsentia, neq; ex coniecturis & causis obiectus consequi possint. quanquã & interdum ex his quædam insomnia oriantur. Dicimus namque causam insomniorum aliam esse extrinsecam, aliam intrinsecam: intrinsecam aliam naturalem aliam animalem. Naturalis autem illa' est quæ ex disposita materia humorum quattuor corporis, vel aliquo eorum prædominante, nascitur. Sicuti in corpore cui inest abundantia sanguinis & bilis flauæ, insomnia apparent vt plerunque rubei coloris, nuptiarum vel sponsalitiorum phantasmata. Dulces cibi videntur, rubei flatus & huiusmodi, quę etiam variari possunt

h li. de som. & vigil. & lib. de diuinat. per somnium.

i 5. de finibus.

sunt propter diuersum colorem, & mixtionem diuersam illius non naturalis humoris biliosi: interdum enim bilis flaua, vt scribit k Galenus, tenui mista humiditate, colore pallidior, consistentia humidior, interdum ouorum vitellis similior, interdum colori porraceo, interdum colorem isatides referens: pro quorum mutatione & diuersæ exhalationum specie phantasiam obsident & opprimunt. Sic etiam atra bili melancholia laborantes, quia fuliginius instar exhalant & transmittunt vapores in cerebrum, agitantur insomniis rerum fuscarum, & tenebris, phantasmatibus horridis, vt sepulchris infirmiorum cadauerum, timorum tristium, portentorum lugubrium, fætidorum & dæmoniorum falsis spectris. Et idem Galenus l non tantùm in pueris, sed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per somnos aut imaginationes. quando multi & vitiosi humores grauant & mordent ventriculum, præsertim ipsius os. Et qui pituita onerantur vel phlegmate, concipiunt vt plurimum insomnia aquea, vt pluuiam, fontes, mare, puteos, lacus, & quę his continentur, vel in his versantur, vt naues, pisces, retia, lauantes, & alluentes, & omnia quæ colorem pituitæ referunt, vt album, calcem,

k Tomo 1. li. de atra bile & alibi.

l li. 3. apho ris. Hippo. apho. 24.

caseum, lac, lixiuiam, sputum, vrinam, & similia, & quæ his fiunt. Qui etiã siccæ sunt naturæ & vacuo cerebro, leuia se agere existimant, vt volare, aues capere, & huiusmodi: Sicuti contra infarti & repleti humoribꝰ crassis, putant se nimio oneri impositó succumbere, vel vi vel debilitate opprimi: & si putridi humores, vt in febri putrida, omnia turbulenta, fœtida, & immũda apparent. Et ea omnia causam trahunt naturalem ex discrasia & regurgitatione humorum, non ex sensibus orta natura sua, sed humoribus, de quibus Deo iuuante latius dicemus in medicis. Quę medicos in morborum crisibus, & præsagiis maximè considerare par est, vt scribit Plutar. m & Hippocrates, n & Galen. o & Themistius p. Alia est insomniorum ratio animalis, quæ ex causis externis præcedentibus sensibus attractis ortum habuit. In quiete namque impressa vigilãdo euoluit anima in sensibus interius, in quibꝰ vel integra phantasmata rerum, vel aliqua pars est efformata, ibíque interdum euolutione facta quorundam obliuiscitur, errore aliquando alia pro aliis inculcat: sicuti si multum ante dormitionem disputatum auditúmue fuerit de aliqua re, si visa res quædam seriò & cum affectione. hæc statim inter insomnia sese exhibent & offerunt veluti

m li. de tuẽda bona valet.

n li. de insom. & lib. de lãguen. som.

o Tomo 3. lib. 3. cõmentar. in lib. Hippo. de morb. vulgar. & alibi.

p li. de insom. c. 2. &

luti retractanda, & ex præcedenti ſenſuum apprehenſione pendent, ſi falſò ſe exhibẽt ἐνύπνιον dicunt Græci & vanum, & ex præcedentibus pendens inſomnium, vt ſcribit Macrobius, [q] & Herophilus voluit hæc ſomnia à natura confingi, cùm animus rerum ſibi vtilium aut futurarum etiam formas effingit, vt & illa à caſu, quæ confuſa ſunt,& imaginum occurſu procreata, tunc enim ea ſpectamus quæ deſideramus, vt ſcribit Galenus, [r] vnde non immeritò à theologis damnantur ſi turpia & illecebra ſint, vtpotè quia iam cogitatio turpis, & aſſenſus animæ vetitus qui præceſſerit & dederit cauſam phãtaſmati, & quadam delectatione applaudente. [s] vnde & Chriſtus circuncidit à Chriſtiano cogitationes prauas, impudicos aſpectus, & ſimilia,ex quibus improbantur ὀνειρωγμοὶ vel pollutiones nocturnæ,quibus mederi ſcribit Nimpheæ primæ radicis potionem Dioſcorides, & Galenus.[v] Cauſa porrò extrinſeca omnino eſt quæ non ducitur ex obiecto ad intellectũm per ſenſualia,ſed aliundè:ea autẽ rurſum duplex poteſt eſſe, corporalis vel ſpiritualis.Corporalis, vt plerumque eſt corpus cæleſte,ad motum namque corporum cæleſtium & humores noſtri commouentur, vel nimio calore vel frigore, vel cæli

q lib. 1. in ſom. Scip. c.3.

r Tomo 8. lib.de hiſt. philoſ.

s canon.nõ eſt peccatum 6.diſt. in 1. parte decre. Bonifa.

t lib. 3. c. 148.

v lib.8.de natur. façul.

cõstitutione. Et hæc causa potest esse apud Arist. x cur nõnulli ad columnas Herculis, vel ad Boristhenem futura præsagiunt: forsan quia ibi aër melior, & expeditiores à solicitudinibus homines & ingeniosiores, vel quod ob situm cæli organa subtiliora habeant, vel quadam occulta intelligentia forsan gubernantur. Si credi quidem hac in parte debeat Aristoteli, vt contrà Ammianus Marcell. y apud Athlanticos somnia non videri ait. Sunt & diuersa somnia, pro temporum anni qualitatibus, cùm vt in Aphorismis Hippocratis, & apud Galenum in eius commentariis, humores diuersi vigeant, & concitentur hinc passiones & affectus varij, concurrúntque in his externa cũ internis, ad somnia procreanda. Nam sola externa sufficere non puto ad dormientibus mouenda simulachra cum errore Lucretij, qui ait. z

x li. de præsent. per somnium.

y lib. 15.

z li. 4. de re. na. ver. 34.

-quæ rerum simulachra vocamus,
Quæ quasi membranæ summo de corpore rerum
Direptæ volitant, vltro citróque per auras.
Atque eadem nobis vigilantibus obuia, mentes
Terrificant, atque in somnis cum sæpe figuras
Contuimur miras simulachráque luce carentum,
Quæ nos horrificè languentes sæpe sopore
terruerunt &c.

Sicut & paulò pòst errat, dum ait:

Dico igitur rerum effigies, tenuesq; figuras

Mittier

Mittier à rebus summo de cortice earum,
Quæ quasi membrana vel cortex nominanda'st,
Quod speciem ac formam similem gerit imago
Cuiuscunque fluet de corpore fusa vagari.

Duplex certè error, vnus quod decorticari putet res, quasi ex omni parte simul & semel res corrumpantur, quod falsum natura ostendit. Et secũdus quasi simulachrum decorticatum & corporeum, per cõsequẽs quiescentibus in somno sensibus possit ingredi mentem nullo medio. Et fuisse illam Democriti sententiam, quæ & Lucretij sicut Peripateticorum, vt motionibus quibusdam tribuerent somniorũ causam scribit Themistius.a Potest tamen etiam extrinseca causa dari ab aliis corporibus aliquo modo nobis dormientibus sensibus nostris insinuatis, vt si quis nimiis stragulis in lecto oppressus, æstuans & sudore debilitatus, putet se ab aliis vel domo vel hominibus opprimi: & si modicus tumultus intercipiens somnum dormientis, fulgura, tonitrua persuadet, & ita de similib⁹. Negotiatur namq; ex modico mens in sese tunc collecta: ex lapide montem, ex scrinio domum componens, diuidens, & multiplicans. Nõ secus ac vigilando aliquo, ex parte nobis cognito, mens coniecturis, ratiocinationibus & infinitis additamentis rem euoluit

a libello de insom. c. 7.

euoluit & mutat priusquam quiescat. Spiritalis autem triplex constitui potest insomniorum externa causa, Deus, angelus, dæmon. Deus namque per somnium multa reuelat nobis, & ex eo multa discimus, cùm is sit omniscius, & omnium humanorum actuum etiam prouidus, & sapientissimus dispensator. potest autem sine medio exterioris sensus reuelare & imprimere. Nam & D. Dionysius Areopag. [b] Inter cætera quæ annotat ad suscipiendam scientiã ex diuina & infinita sapientia Dei (quam vocat ob incomprehensibilem claritatem, diuinam caliginem, eò quod ad illius intuitum, vt oculi acies ad solis radios, sic ingenij humani acies in illius admiratione absorbeatur) illud necessarium ducit, vt ab animis nostris omnia humana sensualia & intellectualia abdicentur, si ad illius caliginis agnitionem peruenire velimus, veluti & Moses in montem caliginis ascensurus, vt cum Deo loqueretur, se ab omni populo imò & senioribus & sacerdotibus secreuit. [c] Iubẽt & Plato & Pythagoras vt veritatem simplicissimam consequamur, multitudinem fallentis exterioris & distrahentis populi, fugere: & multò magis multitudinem interioris populi quæ magis distrahit. his significantes fugiendam multitudinem

[b] li. de mysti. Theolo. c. 1.

[c] Exod. ca. 24. d.

nem primò affectuum, secundò sensuum, tertiò imaginationum, quartò opinionum inde pendentium, vt scribit Proclus [d]. Et Plato [e], ita ratiocinatur. Tunc animus, inquit, non cùm veritatem cum corpore & sensibus attingit, quia tũc facilè decipitur à corpore, sed quando eum horũ nihil perturbat, nec auditus nec visus, nec dolor, nec voluptas: sed quam maximè seipsum in se recipiens, deserit corpus, neque quicquam quoad fieri potest, cum illo communicans, neque attingens ipsum quod verè est, affectat. Et ita intelligenda opinio multorum qui aliquid diuinitatis in somno esse dicebant, & ideò visa in eo occurrere prænuncia futurorum, vt scribit Themistius [f]. Nam tum maximè filij Dei simus potestate nobis data, cùm affectiones proprias exuimus, vt scribit Thalassius monachus [g]. Et Deus [h], Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Tunc enim quiescũt passiones, quæ ex philautia oriuntur, quod somnus aliqua parte nempe sensuum, imitatur. Porrò quia corpus in somno non distrahitur in obiectis per sensus, sed quiescit, nec in rebus mortalibus occupatur anima, si ea sit in Deum prona. Tũc Deus eo tempore secretorum multorũ ei reuelat arcana: videtur enim somnus esse vi

d lib. de ani. & dæm.

e li. 29. in Phædone vel de anima.

f lib. de diuinat. per som. cap. 1.

g li. de charita. hecatont. 2.

h Lucæ c. 9. c. ver. 23

viuendi,& non viuendi interliminium, vt non verè viuere,nec verè mori qui dormit videatur, vt scribit Aristot. i Et antiqui somnum vocarunt fratrem mortis, vt etiã Hesiodus k.

i lib. 5. de gener. animal. cap. 1.

k In Theogo. versic. 1406.

Ἦ Ὕπνον μετὰ χερσὶ, κασιγνήτον ἀθανάτοιο, &c.

Illa vero, inquit, in manibus somnum fratrem mortis,&c.

Et Homerus l fait Iunonem ex Olympo descendisse, & peruenisse ad Lemnum ciuitatem,

l Iliad. 14. versi. 231.

ἔμ ὕπνῳ ξύμβλητω κασιγνήτῳ θανάτοιο.

Vbi obuiauit somno fratri mortis.

Et Senecam vocat,somnum ftatrẽ duræ languidum mortis, veris miscentem falsa, futuri certum,& eundem pessimum autho rem.Et cogentem longam discere mortẽ. Et Pausanias, n veteres vnica nutrice noctis pinxisse scribunt mortem & somnum, idque tãquam fratres: quod idem alibi repetit. o Et Virgil. describens vestibulũ inferni,in quẽ descẽdit Æneas. Ibi, inquit, &

m in trag. Hercul. furentis act. 4. in fine Chorus versi. 16.

n Eliadum lib. prio. vel lib. 5. ope.

o In Laconi. lib. 3.

Terribiles visu formæ læthumque laborque,
Tum consanguineus læthi sopor, &c.

Cicero etiam imaginem mortis somnũ dixit. p Nec id solùm rati philosophi Ethnici,sed & Christiani, vt etiã D. Chrisost. q

p 1. Tuscu.

q tomo. 1. homil. de Dauid & Saule.

nihil

nihil aliud esse somnum definierit, quàm mortem temporariam, & vnius diei interitum. Et rursum, [r] imaginem mortis & consummationis dixit. Et Christus etiam dormitionis nomen ad mortem transtulit. [s] Et in scripturis sacris sæpius dormitio pro morte ponitur. [t] Et ideo locus, vbi mortui sepeliuntur, dicitur cæmiterium, quasi dormitorium: eo enim nomine Cretenses vocabant domum vbi conuiuæ hospites dormire solent, vt scribit Athenæ. [v] quia in vtrisque quiescit, sensoria facultas, vt & apud Iurisconsul. & dormientis præsentia pro nihilo reputetur, vt ait Vlpia. [x] Præsentia tutoris dormientis ad authoritatis præstationem nihil prodest, & apud Paulum, Adeptio possessionis nulla censetur eius, qui dormiendo naturaliter tangit. [y] Quò fit vt anima in somno quodammodo ab opere sensorio, (non dico vitali, quia & dormiente corpore perpetuò vitali spiritu fouetur, teste pulsu, & micatione arteriarum) ferians, liberius rerum contemplationi vacat, & disponitur ad radios diuinitatis recipiendos. purior enim in corporis quiete est anima, leuior subtiliorque, & tunc sublimia videt ac expedita est, vt scribit D. Chrisost.

[r] tomo 3. in ca. 13. apostol. homil. 26.
[s] Matth. c. 9. c. Marci c. 5. d. Ioh. 11. b.
[t] 2. Regum 7. b. 3 Reg. 2. c. & 11. g & 14. e. & 15. a. Et 4. Reg. 24. a. Iob 7. d. 12 d. 14. b. Et aliis multis in locis
[v] li. 4. dip nosoph. c. 5
[x] in l. 1. §. fina. de author. tuto. li. 26. Pād. tit 8.
[y] in l. 1. §. adipiscimur de ac qui. possess. lib. 41. π. tit. 2. & in l. nunquam in vsucapio. l. 31. §. si seruus de vsucap. eod. li. 41. π. tit. 3.

z hom.26. in.ca.12.actu apost. tomo 3.

a tomo.8. lib.de hist. philo.

soſt. z Sic Strato cogitationem aliã quandam naturam insomnis habere dixit: tunc enim illam melius sentire credit, atq; ideo magis etiam cognoscere, vt scribit Galen. a Nec superfluum erit his Porphyrij verba subscribere, ex libro τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν numero 23. περὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ, κατὰ μὲν νόησιν πολλὰ λέγεται: θεωρεῖται δὲ ἀνοησία κρεῖττον νοήσεως, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ καθεύδοντος. διὰ μὲν ἐγρηγόρσεως πολλὰ λέγεται: διὰ δὲ τοῦ καθεύδειν ἡ γνῶσις καὶ ἡ κατάληψις: τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γινώσκεται, ὅτι πᾶσα γνῶσις, τοῦ γνωστοῦ ὁμοίωσις, id est, quod suprà mentem est, per intelligentiam multa quidem dicuntur. considerantur autem, sine intelligentia, meliori intelligentia, sicuti in dormiente. multa nãq; per vigiliam dicuntur, sed eorum per somnum intelligentia, & comprẹhensio. Simile namque simili cognosci solet: quoniam omnis cognitio, assimilatio quædam est rei cognitæ. Hippocra. etiam, b Quæ, inquit, somniata vera esse credo & sunt: etenim somnia non agnosco quæ præsertim ordinem seruant. Et quantò est purior ab illecebris & sordibus & cibis, tãtò ad id alacrior est. Sic melius anima, quæ per se ad diuinandum prompta est, puriorum & saniorũ hominũ, certius prẹuidet, vt scribit Plato. c Cùm enim, vt scribit Philostratus, d viri optimi

b epist qnã scribit ad Philopæmonem de insomnio suo, de Democriti curatione.

c epist. 2. ad Dionys.

d lib. 2. de vita Apollo. c. 14.

optimi dormitum accesserint, anima pura & quieta, somnium capiunt, neque prosperis successibus elati, nec aduersitatibus vllis oppressi sine perturbatione, per somnia vaticinationem, quæ apud homines diuinissima existimatur, multò facilius cõspiciunt, anima vino non suffocata, sed pura mundáque omnia quæ viderit, colligit facilius, & discernit. Quapropter somniorum interpretes, quos onoropolos appellant poëtæ, de nulla vnquam visione anteà consultatoribus respondebant, quàm visionis horam scisciatati essent. Nam si matutino tempore somnium apparuisset, tunc de illo aliquid cõiectari se posse arbitrabãtur, quia tunc vaticinari rectè posset anima cũ esset vino cibóque liberata. Sin verò primo somno aut media etiam nocte, cùm adhuc vino suffocata est, demersáque anima, somnium dicerent apparuisse, sapienter quicquam dicere renuebant. Sic ferunt Amphiaraum consultum, oracula reddisse in Attica terra, nempe per somnia, iussis sacerdotibus qui oracula susciperent, integrum diem à cibo, à vino autem triduo abstinere, vt pura expurgatáve anima ostensorum rationes melius cognoscere posset. abstinebant & eius rei gratia Pythagorei à certis cibis & leguminibus, cúmq; his sitũ

decubitus obseruabant, ne resupini vel in dextrum latus iecur comprimerent, vel statio sensuum fluitaret: adhibita temporis etiã verni expectatione, vt scribit Tertullia. e Hinc ad superstitionẽ nimiã traducti, putãtes iis & similibus allicere ad se numẽ, quibus etiam alia vana, dicam & impia, & dęmonum arte adiuncta sunt, ad somnium vt mentiuntur propheticũ suscipiendum, nempe suffitus, inunctiones temporum, annuli, cælestes imagines, vel melius idola, chartæ consecratæ, & alia quæ vanissimus ille Agrippa persuadet. f Cùm tamen Iamblicus g probauerit non animam, sed diuinitatem ipsam, causam esse diuinorum operum. Et nos etiam Christiani dicimus, prophetiam donum esse Dei, non ex meritis nostris, & interdum non tam ad prophetantis vtilitatem, vel propter benè actã ab eo vitam datum, quantum ad aliorum commodum & doctrinam, vt & docet pluribus D. Chrisost. h Multis namque dicet Deus, non noui vos, etsi in eius nomine prophetauerunt, si cum prophetia bonis operibus non abundauerint. Et D. Paulus nihil esse scientiam, prophetiam vel fidem sine charitate & bonis operibus docet. Et Iudas i apostolus & propheta & rerum altissimarum scius periit. Prophetauit & Balaam,

e li. de anima Tomo 2.

f lib. 3. de occul. casos. quam ipse falsò inscribit Philosop. c. 52.

g li. de myster. Aegyptio. cõtra Porphyriũ

h homilia 25. in Mat. ex c. 7. Mat. tomo 2.

i c. 7. Mat. & 1. Corint. c. 13.

l Marci 9.

laam, à fide & probitate vitæ prorsus alienus, ad ædificationē & vtilitatem creditu-
rorum [m]. Et talis Pharao, qui in somniis tamen futurorum præcognitionem à Deo
accepit [n]. Et iniquissimus Nabuchodonosor, cui etiam, quæ in nouissimo erant futura, Deus reuelauit. [o] Et Abimelech rex
Gerare nouit per somnium diuinū, Saram
vxorem esse Abraæ. [p] Atque etiam Aristoteles [q], non ex persona insomnia recipientium, somnia diuina esse colligi debere putat: quia, inquit, & bonis & malis interdum
apparent. Sicut enim Deus facit oriri solem
suum super iustos & iniustos, sic & res interdum & impiis declarat sæpe ad illorum
emendationem, illos territans vel castigās,
vt dictum est diuiti, qui horrea multa impleuerat, quíve opiparè viuere statuerat in
posterum. Hac nocte repetetur anima à te,
& quæ parasti cuius erunt? Sic facinorosis
seruis Pharaonis, reuelatum est in somniis
in carcere, mortis & absolutionis à vinculis dies, interprete Iosepho [r]. Et scribit
Homerus [s] κρὶ γὰρ τὸ ὄνας ἐκ Διὸς ἐστί, Et somnium ex Deo, vel (vt ipse ait) ex Ioue est.
Quod & refert grauis vir Plinius Secūdus, [t]
dum scribit Suetonio Tranquillo, qui se
perterritum dicebat fuisse anteà somnio. Et
hac in parte videtur mihi lapsus à veritate

[m] numero. 24.
[n] Gen. 40.
[o] Daniel. 2.
[p] Genes. c. 20. a. ver. 3.
[q] lib. de diuinat. per som.
[r] Genes. 40. c.
[s] Iliade 1. [t] lib. 1. epistol.

Themistius peripateticus, qui in paraphra-
v c.1.&c. 5. si de diuinatione per somnium v existimauit, somnia non immitti à Deo, ductus ea ratione, quam efficaciæ exploratæ dicit: quod perabsurdum est, figurationes futurarum rerum per somnia, non optimis sapientibus, sed sine vlla lege ac ferè pessimis quibusque ac abiectissimis hominibus, euenire: Quasi verò Deus, quia bonus est, & vtens suis pro libito creaturis, hinc indignitatis aliquam labem suscipiat. Certè non ideo is impurus. Nam & asinam Balaami loqui fecit, & superiora exempla docent Deum vti impiis propter illorum cõuersionem, vel aliorum vtilitatem. Cùm & dæmonibus veluti carnificibus, vel ad probationem constantiæ bonorum, vtatur. Sed non ita, vt Themistius censet, D. Gregor. Papa, x qui cùm enumerat sex species somniorum, Aliquando, inquit, somnia ex ventris plenitudine vel inanitate, aliquando illusione, aliquando verò & illusione & cogitatione simul, aliquando reuelatione, aliquando cogitatione & reuelatione simul. Duo prima experimento nouimus. De hostis illusione & ea quæ inde sunt nascentia, non sunt obseruanda,
x li.8. moral.c.18.
y c. 34. admonet Ecclesiastes, y Multos errare fecerunt somnia, & illusiones variæ. Et in

Leui

Leuitic.[z] Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. De reuelatione in somniis Ioseph habetur Mathæi 2. De somniis ex cogitatione & reuelatione apud Danielem c.2. ad Nabuchodonosor dixit Daniel, Tu rex cogitare cæpisti in stratu tuo, quid esset futurum posthæc, & qui reuelat mysteria (audiat Themistius) ostendit tibi, quæ ventura sunt. Tractat & de his D. Gregor. Nyssenus.[a] Sed quid plura? & somnia immittuntur quam plurima & vera à diabolo, & plura oracula permisit Deus inter Ethnicos idololatras edi, & aliquãdo vera. Atq; Phitonissa ex Samuele suscitato, Sauli mortem prædixit.[b] Et Phitonissa tempore D. Pauli ventriloqua: & angelus Sathanæ sæpe, vt ait D. Paulus, se transfigurat in angelum lucis.[c] Et cùm sit substantia incorporalis, non dubium est quin nobis dormiẽtibus possit commouere humores, & passiones, & simulachra phantasia anteà compræhensa, & retenta, cùm illi obediat materia corporalis quoad motum localẽ, ex quibus formari possunt diuersa insomnia, quibúsque concitabitur dormiens ad diuersas concupiscentias, veluti ad timorẽ vel vindictam: cui rei illud maximũ alexipharmacum noui, Dei opem ante decubitum implorare, & se totum Dei custodiæ

z c.19.

a lib. 1. de crea. hom. c.14.

b 1.Reg.c. 28.c.

c 2.Coloss. cap.11.c.

& precibus cælitum, & tutelæ angelorum bonorum commendare. Scriptum namq; est [d], qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. &c. Non timebis tunc à timore nocturuo, à sagitta volante in die, à negotio vel re ambulante in tenebris &c. Super aspidem & basiliscum ambulabis, conculcabis leonem & draconẽ. Quæ certè verba, & totus ipse Psalmus, noctu ante somnum præcãtatus, cum pia & dominica oratione, Pater noster, & salutationis virginis Mariæ, tantam habet aduersus potestates tenebrarum authoritatem, vt mens à peccatis libera, his pro amuleto vtens, longè Sathanæ astuta noctis molimina exterminet, & à nobis longius amandet. Cæterùm quia ea quæ ad causas insomniorum extraneas, & incorporales pertinent, multa & vera & falsa cõcurrere possunt, & quia nos scientiam eo modo aliquorum absque sensuum ministerio haberi posse dicimus, docere nos oportet, quæ sunt illa ex quibus discere vera possumus, & quæ sunt reiicienda, & quomodo distinguantur dæmoniaca à diuinis reuelationibus. Sed imprimis nosse necessarium, somniorum alia esse omnino falsa, alia omnino vera, alia ex his mixta. Et hæc est nostra diuisio. Omnino falsa sunt vana

[d] Psal. 90.

illa spectra, & à Dæmone subministrãte illusiones, quæ turbati animi, quæ desiderantis, vt illius Mycilli, qui aurum somnians, verè se aurum possidere arbitrabatur apud Lucianum in dialogo de somnio. Aliáque huiusmodi sunt ἄσημα. Quæ omnino vera sunt, ea reuelationes secretorũ, & Dei admonitiones puræ. Mixta autem quæ cum inuolutionibus quibusdam habent veritatis imaginem, in quibus errari quidem in aliquibus potest, potissimum in determinationibus particularibus euentuum in vniuersum demonstratorum. vt D. Antonius visionem veram de futura proxima ecclesiastica Arriana persecutione, malè mundi ruinam futuram prænuntiare putabat, vt est apud Nicephorum Cali. e Temporis enim non certitudinis euentus fuit, error. alia etiam traduntur fictis rebus inuoluta, vera tamen apud optimos coniectores. Et si antiqui duo tantùm somniorum genera ponant, & duas portas eorum, vnam corneam qua vera immittuntur: alteram eburneam qua falsa, vt est apud Homerum, f Lucianum h apud cõmentatorẽ Homeri, i Vergilium k, Macrobium l. Est autem in antiquorum lectione, à vanis somniorum obseruationibus abstinendum, de quibus Artemidorus Græce 5. libros scripsit; &

e lib. 10. c 43.

f odissea 19.
h in somn. dialog.
i odissea. 7 annot. 174
k 6. Aeneidos.
l in somni. Scipio. li. 1 ca. 3.

Synesius episcopus: Dicimus igitur has regulas hac de re retinendas. Prima, somnia ex causa animali & præcedentibus cogitationibus vel sensibus perceptis, esse vana: nam mens humana quod optat, dum vigilat sperans, per somnum cernit idipsum. videndúsque Cælius Rhodiginus [m] hac de re. Secunda, quę per humorum dominationem suscitantur, vtilia sunt præcognitioni crasis vel discrasis humanæ naturæ, & potissimum obseruanda à medicis. Tertia, somnia, quæ animæ apparent, prouidentiam vel cautionem, vel præcognitionem rationi consentanea, superstitione procurata, nec Dei religioni aduersantia obseruanda sunt. nihil enim prohibet quin anima quæ nobis vigilantibus quædam etiam nũquã nobis audita, vel nunquam intellecta, vno impetu intelligit, eadem liberior ab actionibus corporis, noua etiam dormientibus non possit intelligere: nunquam enim anima nostra quiescit, quin in seipsa non moueatur, agat, consideret, & meditetur, siue corpus quiescat, siue vigilet. Et hac in parte laudo maximè victus honestatem & parcitatem, cùm animalis homo non sentiat, ea quæ sunt spiritus, cúmque tetræ & putidæ exhalationes, ex copiosa supra modum ciborum ingestione, cerebrum petentes illud

[m] lib. 27. cap. 14.

lud offendere, & organa mentis obtunde-
re possint: in quibus probandis multus Por
phyrius, alioquin impius libris quatuor de
abstinentia animatorum. Laudo hîc maxi-
mè ieiuniũ, & eò amplius, quò religiosius,
& mens in Dei laudem & gloriã dirigitur.
decrescentibus enim viribus corporis ve-
luti carcere animi & hoste debilitato, for-
tiori armatur virtute anima. Sicut contrà,
quantò corpus pingue, & cutis benè cu-
rata, tantò amplius languescit & profun-
diori carcere maceratur anima. Eo modo
Daniel & socij, disciplinę cælestis auidi, ie-
iunabant, nec tamen ea superstitione, qua
Pythagorei: hi enim leguminibus nutrie-
bantur, regio apparatu recusato. n Et Da-
niel etiam vt intellectum rerum altissima-
rum à Deo impetraret, trium hebdomada-
rum spatio ieiunauit, abstinens quidem o-
mnino à pane, carne, & vino, sed non ea ra-
tione qua impij Pythagorici abstinebant à
carnibus, suæ metempsychosi vel metaso-
matosi inhærentes, nec ea ratione qua hæ-
retici aliqui abstinent: sed ea tantùm causa,
qua & nunc sancta mater ecclesia catholi-
ca orthodoxa vbique & semper indixit ie-
iunia, vt maceratione carnis spiritus in
Deum esset agilior, & ad contemplandum
leuior. Docet id Angelus qui mysteria re-

n Dan. 1. b. versi. 12.
o vt legitur Dan. c. 10.

uelauit Danieli, p dum ille dixit, noli metuere Daniel, quia & ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu domini Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Neque mirum etiam esse debet, si ob ieiunium sanctum, in quo ieiunat anima & corpus, dum & à vitiis & delictis vnà & à cibis quis abstinet, Deus tum vigilantibus, tum dormientibus per visiones multa reuelat, si animam erudiat facilius: facilius inquam, non ratione docentis, nam is est semper omnipotens & æqualem habet potestatem, sed facilius ratione nostri, ratione inquã subiecti, cùm nos ipsos probè disponimus ad Dei beneficium suscipiendum. Neminem enim ille via ordinaria cogit, qui liberum electionis & petendi & obtinendi dedit arbitrium. Nam si quis indiget sapientia, postulandi datur libertas à domino, qui dat omnibus affluenter, teste diuo Iacobo *a*.

a Iaco. 1.

Postulet autem, nihil in fide dubitans:

Postulet & purè, quia

Casta placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Vt scribit Tib. q. & vt Dido, r

Non benè cælestes impia dextra colit.

q lib. 1. epist. 2.

r Ouidiana epist.

Et Salomõ: s Peruersę cogitationes separant à

s Sap. 1. a. vers. 3. 4. & 5.

rant à Deo, & in maleuolã animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et spiritꝰ sanctus effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus. Ieiunium autem hoc & animam purgat, vel ad meliora iuncta oratione mirum in modum disponit, & vt scopis mundatam domum Deo exhibet: nec mirum, iterum dico, vt qui aures habet audiat, si hoc ieiunio facilè reparetur intellectus ab ignorantia, contrario veluti antidoto peccati protoparentum, qui in ignorantiam per esum vetitæ arboris, inciderunt: & quia in esca præcipiti fuit mortis sententia, ita & facilè tempore ieiunij veri, per paruam & temporalem mortis imaginem per somnũ, Deus vt plerumque nos instrui curat. Et ieiunium extra somnum, cum oratione impetrat à Deo, vt nocturnis & quietis visionibus sæpius quis illuminetur vt non tã somni causam, quantum Dei placitam in ieiunio annotes voluntatem, vel puritatis mentis dilectionem. Quod si mens sine ieiunio talis sit, qualis per ieiunium reddi curatur, nempe pura & virilis (quæ enim voluptatibus vacat mulierosa est) non ieiunij medium Deus exigit, cùm finis, qui ex ieiunij medio oritur, iam adsit. Ad eum nodum pura illa & à Deo pro thesauri infiniti

finiti & matris custodia electa, beati Ioseph anima accepit scientiam à Deo per angelum in somniis,[t] dum dictum illi, Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariã coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de spiritusancto est, & cætera quæ sequuntur. Sic edoctus in somniis [v] fugere Herodem, & de reditu. Et pari modo beatæ illæ tres animæ Magorum orientalium, adoratione veri Christi Dei & hominis facta, repletæ intuitu veri Dei diuinitatis radiis, responso in somniis eruditæ vt aliud iter pro reditu eligerent. Sunt his alia exempla sacræ scripturæ similia, quæ quisque facile delibare potest. Quarta autem somniorum regula hæc, somnia diuina, quæ à Deo per se vel per angelos bonos immissa sunt, digna obseruatione esse, imo & omnino sequenda. Et ne in lumine quis hæreat, repetat oportet ex proximè citatis in principio capitis locis sacræ scripturæ, à Deo immitti quoque insomnia, siue visiones placuerit appellare. Quibus addi potest testimonium Dei, [x] audite sermones meos, dicit dominus, si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Quod & docet Philo Iudæus, [y] & Herophilus partim à Deo summitti somnia dicit, quæ necessariò

[t] Math. 1. d. ver. 20.

[v] c. 2. Mat.

[x] numero. cap. 12. b. ver. 6.

[y] Tomo 2. lib. 9. quod à Deo mittantur somnia.

contin

contingere iudicat, vt scribit Galenus, [z] & Hippocrates, [1] quæ, inquit, somnia diuina sunt, quídque boni, vel mali vel vrbibus vel priuatis euenturum significant, fermè nunquam errant.

[z] Tomo 8. lib. de historia Philoso.

[1] lib. de in somniis.

Docet & in somniis & per visiones Sathan vt dictum est etiam vera aliquando, sed plerumque falsissima, & quandoque se transfigurat in angelum lucis, vt scribit D. Paulus. Et Iamblicus [2], & Proclus [3] vera insinuare potest quæ iam gesta sunt, ignota tamen nobis, item longinqua & existentia, item futura, quæ tamen ad causas certas naturales consequentem necessariò habent effectum, non quæ extra causas naturales sunt, id enim solius Dei est: eo modo & mortes principum & aliorum interdum prænuntiant dæmones, quòd in rebus naturalib. propter diuturnam vitæ experiẽtiam exercitati, ex certis adeo in morituorum corporibus signis, etiam hominibus in re medica peritis cognitis, id coniectare possunt: nec alia ratione tempestates prædicunt, quàm & coniectores rustici, quíque similia experti & astrologi: interdum etiam rerum naturas miscere periti, quadam à se dicta ipsi conficiunt & formant, quamuis noua creare datum illis nõ fuerit, illo solo ex non ente & nihilo ad esse pro

[2] de myster. Aegyptio.

[3] lib. de anima & dæmone.

se producere, Deo concesso. prævalent enim acuitate ingenij, malitia exquisita ad fraudes & promptissima, ad comprehendendum facilitate. Vnde & Δαίμονες quasi scij vel scientes, dicti sunt: plerumq; etiam illorum oracula astutè falsa edita, vel in vtramque partem ambigua, dum supra illa prædicta consuluntur. nam præscius solus rerum ac cordium, verus & solus Deus: dæmones verò quæ præmonstrare putantur, versutè indagantes prædicunt, vt scribit Athanas.[a] Et nos forsan alibi plura dicemus, de angelis cacodæmonibus agentes. Porrò isti cacedæmones quia spiritus, nobis dormientibus, animæ se insinuant & phantasmata concitant. non secus ac vigilantibus, iniquissimas rerum cogitationes suggerũt, & ansas malorum præbent. cùm enim perpetuum bellum inter semẽ mulieris, Christianos nempe, & semen serpentis, nempe dæmonum cateruas, ind ctum sit, infatigabili dolo semper potestas illa tenebrarum nos adoritur, vigilantes & dormientes hostis ille vigil circuit & obseruat, si quo modo nos imparatos à Deo seiungere possit, idque multis artibus, multis phantasmatibus, occasionibus ve singulis abreptis, tentat, & perniciem nostram molitur, & quia in Deum nihil potest, insidiatur illius

[a] lib. de diuer. quæstio. quæst. 27.

lius imagini, homini scilicet veluti & pardalis fera, quæ, quia odit homines, exhibitam sibi hominis imaginem maximo furore discerpit, ac laniat, vt annotauit D. Basilius magnus [b]. Quò fit vt oracula vel insomnia & visiones istorum dolosorum artificum, semper nobis suspecta sint, etsi quandam boni in fronte vel veri præ se ferre videantur. Latet enim virus semper illorum in cauda, & in rerum exitu, non minus ac in posterioribus partibus scorpionum. Quin & ob istorum insignem fraudem & subdolum animum, etiam quæ bona somnia aliundè immittuntur, nobis suspecta sunt: nunquam enim debilis hostis aperto marte fortiorem se aggreditur, sed insidiis atque fucatis telis, & cibis sæpe melle conditis, & palato modo quodam oblito diuinitatis simulachro, gratis venenis, pro cuiusque professione astutè instillatis. Sic enim & assolet iis, qui cultu diuino maximè pollent, prophetię nomine tanquã illis applausurus, se insinuare. Hac arte Philumenem, & priscam Helenam, pseudoprophetas hæreticorum adortus, & magicis præstigiis Simonem Sammaritem, vt scribit Irenęus [c], Abdias Babilonicus [d], D. Clemẽs, Augustinus, & alii. Sic & decepit Carpocratistas & Gnosticos, qui vt in suam sententiam,

[b] Sermone in aliquot scripturæ locos.

[c] lib. 1. aduer. hære. cap. 20.

[d] 1. histo. apost.

tentiam, quam diuinam putabant, alios pel licerent, scholas magiæ introduxerunt, & assessoribus dæmonibus vtebantur ad animos in errorem fascinationibus aduocandos, vt notat Epiphanius e. Fuerunt & ab his alij studiis impiis decepti, alij opinione suæ sanctitatis nimium sibi placentes per superbiam, ab illis expugnati, alij etiam pij homines, boni prætextu, à fraudulentis illis nequissimis spiritibus decepti: Cauent enim illi omni studio, ne quod sint videantur, neve prius cognoscantur quàm deceperint, semper alio habitu quàm sint verè, sese insinuantes. Vnde D. Bernardus f, dæmonium meridianum, de quo apud Dauidem g, existimat dictum genus spirituũ obstinatissimum & perditissimum, quòd quia tenebrosum totum, & noctis æternæ caligine est funestatum, ad decipiendum cautè se sub luce insinuat, & in meridie ne quis sit detegatur, operatur. Quocirca D. Ioannes h nos admonet, Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mũdum. Et sacra scriptura, quamuis somnia plura diuina celebret patriarcharum & prophetarum, quia tamen hinc sequuntur, vt plerunque abusus, superstitio, & innumeri errores ob

e tom. 2. li. 1. cõtra hæret. hæresi 27.

f sermo. 33 super cãt.

g in Psal. 90.

h epist. 1. c. 4. versi. 1

vanas

vanas hominum, leues & à dæmonibus fascinatas mentes, somniorum obseruationẽ vetat, potissimũ Christianis & piis hominibus. Sic enim canit Deus in Leuit. i. Nõ augurabimini, non obseruabitis somnia. Non enim omnibus data est discretio spirituum, neque omnes exercitatum habent in discernendis malis intellectum. Et sic Salomon considerauit, k i cap. 19. f. versi. 26. k Eccl. 6. 34. a.

1 Vana spes & mendaciũ viro insensato, & somnia extollũt imprudẽtes.
2 Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia.
3 Secundum hoc visio somniorũ: ante faciem hominis similitudo alterius hominis.
4 Ab immundo, quid mundabitur? Et à mendace, quid verum dicetur?
5 Diuinatio erroris & auguria, mendacia, & insomnia malefacientium vanitas est.
6 Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum.
7 Multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis.
8 Sine mendacio consummabitur ver

bum legis & sapientia in ore fidelis complanabitur.

9 Qui non est tentatus, quid scit? vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum.

10 Qui nō est expertus, pauca recognoscit: qui autem in multis fatuus est, multiplicat malitiam, &c.

Inexpertis igitur & parum doctis, somnia obseruare valde periculosum est, multis sciis autem vtrumque permissum: dummodo superstitione magica, somnia ex tacito pacto cum dæmonibus icto, non accersat, vel interpretetur: & si inter causas & regulas superiores, iudicium adhibeat. Si nouerit etiam dæmonum prestigia detegere, & inter reuelationes Dei & dæmonis discrimen annotare. Ita permissam obseruationem scribit beatus Thomas [l], Archidiaco. [m] Et hæc non tantùm in his quæ per somnia accidunt, sed etiam in aliis reuelationibus obseruanda, reuelat enim plura aliis modis quàm per somnia Deus, vt infusione tacita, siue exteriore signo: velut cum spiritu prophetico Adam locut[9], Hoc nunc os &c. [n] Et Lamech, de vltione futura sui, & Iacob de futuro omnium rerū successu, & filiorum. Et dum Balaam filius

[l] 2.2. quæstio.
[m] in cano. sortes. 26. quæst. 5.
[n] Genes. 2.
[o] Gen. 49

Peor

Beor de futuris,&natiuitate Christi prædixit p. cùm Saul ex agasone factus prophe- p num.24
ta,repentè immutatus fuit q. Rursum cùm q 1.Reg.c.
ipse Saul & eius lictores apprehendere vel- 10.b.c.
lent Dauid, subitò in Naioth in Ramatha insiluisse senserunt super se spiritum domini,& prophetarunt.Eadem de reliquis censenda propheris. Interdum & reuelat spiritum suum omniscium, eamque communicat quibus illi placitum est,cum signo & medio visibili. Quod quidem medium fuit aliquando angelus forma humana apparens, cum angelorum ministerio pleraque detexerit,& abdita edocuerit. Et vt nõ videatur absurda opinio Rabinorum secretiorum, qui in commentariis ad librum ietzira, Rabini Abraam scribunt שהאבות רבותיהם הין מלכים ויהיעם : רבו של אדם רזיאל : רבו של שם ופיאל : רבו של אברהם צדקיאל : רבו של יצחק רפאל : רבו של יעקוב פליאל : רבו של משה מטטרון : Idest dicunt, quòd patrum præceptores fuerunt angeli.

Adami,	præceptor,	Raziel.
Semis filij Noachi,	angelus	Iophiel.
Abrahami,		Tzadkiel.
Isahaci,		Raphaël.
Iagnakobi,		Piel.
Mosis,		Mictaron.

Quibus ex sacris addi potest:

r Tob.c.3. & 9.	Tobiæ r,	præceptor vel eruditor,	Raphaël.
s Daniel.8 9.10.	Danielis in visione de antichristo, s	nuncius.	Gabriel.
t Luc. 1.	Zachariæ, & beatissimæ virginis Mariæ t,		Gabriel.

Sed & alibi in plerisque scripturæ locis inuenimus angelos sed sine nomine, multa pluribus enuntiasse vel facienda vel dicenda, vel intelligenda, sic v angelus qui apparuit Balaamo, & asinam eius gladio cohibuit, benedictiones in populum Israël dicendas præscripsit. instruxit & Angelus domini apparens ad fontem, Agar ancillam Abrahæ, fugientem Sarai dominam, atque futura de Ismaële aperuit, a vt per angelos visibiles edoctus Abraham de excidio Sodomorum b, item Loth c, & Gedeon de victoria Madianitarū d, edoctus & ab angelo Manne, ex tribu Dan ex Sara, de natiuitate Sampsonis & victoria Philistinorum. e edoctus & Cornelius centurio de his quæ oportebat illum facere. f Scribitur etiam archangelum Michaëlem, fugientibus Argonautis à Colchide cū vellere aureo, iisque latitantibus & fugatis ab Amyto circa palustria loca Constantinopolis, vbi imperabat Amytus, apparuisse,

v num. ca. 32.

a Gen.16. b. versi.16. c Gen.18 Gen. 19. d Iudic.c. 6.b.ver.11. e Iudic. c. 13. f actu.c.10.

viri

viri specie alis veluti aquilæ humeros insignitos habentem, & ad pugnam eos in Amytum excitasse, victoriam prædixisse, eámque eius consilio assecutos. Cuius beneficij memores, ei numini illis incerto, phanum dicarunt illo in loco, nempe in traiecto Constantinopolis, quem ob rei euentum & salutem consequutam Sosthenum nominarunt. Ferúntque Constantinum Magnum à bellorum victoria redeũtem, eo in loco recubuisse, & eundem virum alatum ei apparuisse, qui se archangelum Michaëlem, qui eum in bellis conficiendis iuuasset, diceret. Qua de re ibi duo templa Deo dicauit nomine D. Michaëlis archangeli, vt narrant Nicepho. Calistus[g], Sozomenus[h]. Refert & idem Nicepho i. alium angelum habitu pastoris apparuisse Aspharo duci militiæ Theodosij iunioris pij Cæsaris, persequenti rebellem Ioannem vnum à commentariis suis, & copiis Asparis præiisse, & eas per lacum qui Rauennæ, quo aufugerat Ioãnes, subiectus est, duxisse: vnde neminem vnquam prodisse proditum est memoriæ, & eius industria Rauẽnam ex improuiso occupasse, & tyrannum cæpisse. Apparent etiam nobis & vt Dei mandata explicent angeli, alia quàm corporali hominis forma, vt cũ ap-

[g] lib. 7. histo. Eccle. c. 50.
[h] li. 2. hist. tripart. ca. 19.
[i] li. 14. histo. c. 7.

paruerunt Seraphim Iesaiæ. [k] Et interdum voce Angelorum sola, Deus nos docet sensibili & auribus infuso eloquio, interdum insensibili. Exempla vtriusque, audiuit Agar tantùm angelum de cælo loquentem & indicantem aquam, & pueri Ismaëlis acta & mores prænuntiantem, angelum autem non vidit. [l] Item Abraam cùm iussu Dei immolare filium vellet, audiuit angelum loquentem, & eum interpellantem de cælo, & repromissionem, benedictionésq; seminis edocentem. [m] Sic inuisibili modo Abacuk propheta, voce angeli edoctus de carcere & angustia Danielis, & eo per capillum translatus ad escas deferendas. [n] Sic locutus angelus cùm Elia, vt descenderet ad Ochosiam sine timore cum quinquagenario deprecanti. [o] Sic etiam Dominus per angelum locutus ad puerum Samuëlem voce dilucida ter, prædicens Heli & filiorum necem. [p] Sine voce autem angeli Dei annuntiant & insinuant voluntatē Dei sæpius & in somniis & alio modo. Nā cùm anima nostra spiritus sit, & angelus spiritus ad communicanda inuicem mandata non egent organo corporali, proportione spirituali ad id sufficiente. D. Apostolus namque Paulus, duos loquendi modos esse censuit, dum scribit [q], si linguis hominum

k Iesa. 6.

l Genes. c. 21. c. ver. 21.

m Genes. c. 22. c. ver. 11. 12. &

n Daniel. 14 f.

o 4. Reg. c. 1. D. ver. 15.

p 1. Reg. c. 3.

q 1. Corin. cap. 13. a.

num loquar & angelorum. Et per consequens verbi duplex erit sensus, vnus per vocem prolatus & aërem verberãs statímque periens. Et alio modo intra nos positũ verbum, & nostris cognitũ cordibus, quod & commune cum angelis, cùm priùs non sit propriè angelorũ, vt scribit D. Basilius.[r] Instruit etiam nos Deus extrà ordinem naturæ aliis mediis quibus ad capacitatis naturæ humanæ captum, infirmitatísque nostræ capacitatem vtitur: visiones hæ dici possunt, veluti ex visione Cherubim, & gladij flammei versatilis, Adam intellexit adytum paradisi sibi præclusum.[s] Ita locutus est Deus per visionem ad Abraham, & per visionem eduxit eum foras vt susciperet cælum & numeraret stellas: instruens ex his eius multiplicandum valde semen.[t] Et per visionem rubi ardentis & incombusti admirabilia rerum abditarum secreta nouit Moses[v]. per visiones animalium & rotarum, prædixit multa Ezechiel[x]. Et Petrus per visionem mundorum & immundorum, intellexit reuelationem qua admonebatur ne salutem gentilium operari recusaret: Et D. Paulus per visionem per noctem illi factam de Macedone, qui eum deprecabatur vt transiret in Macedoniam & eum iuuaret, certus factus est, quòd Deus

r sermo. in Ioan. 1. c. in princip. erat verbum.

s Gen. c. 3. d. ver. 24.

t Gen. 15. a.

v Exo. c. 3.

x in c. 1. & 7.

y Actuũ c. 10. e. ver. 10. & seq.

vocasset illum vt euangelizaret, in Macedoniam [z]. Et Machabeus visionem suam explicans, qua Deus illi reuelauerat orationes Oniæ, iam ante mortui, summi sacerdotis effusas, populum spe in Deum ad victoriã contra Nicanorem armauit. Hícque modus certè docendi homines Deo familiaris olim: sic enim per ea quæ cum corpore affinitatem habere videntur, homines maiori ex parte corporeis intentos excitabat, commiscens inter illa quædam quæ secundum admirabilem prudentiam artificis miscentis, certam præferrent incertorum cognitionẽ. Hæq; visiones non passim omnibus vel sine discrimine reuelatæ, sed aptis & electis à Deo piis bonísq; hominibus qui dicti sunt prius Videntes, postea Prophetæ. [a] Nam & Deus ait, [b] Si fuerit inter vos Propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad illum. Et in Psalmis, [c] Locutus est Deus in visione sanctis suis. Et ideo in principio, Iesaias & Nahum, suas prophetias vocant visiones: súntque visiones hæ compositæ ex spiritualibus & corporalibus, vt ferè omnes reuelationes D. Ioannis, & D. Hermæ, D. Pauli discipuli in tribus libris, & reuelationes S. Methodij. Quanquam & aliæ sint corporales solùm, quibus super natu-

Actuũ c. 16. b. ver. 9.

12. Macha. c. 15. ver. 11. & seq.

a 1. Regũ c. 9. b. ver. 9.

b Numero c. 12. b. ver. 6.

c Psal. 88. c. ver. 19.

ram

ram noſtram à Deo inſtruimur, vt ſunt aſtrologicæ obſeruationes, vbi ſigna poteſtatis Dei viuentis inſculpta ſunt, quæ & Deum omnipotentem demonſtrant, & ſapientiam eius incomprehenſibilem, etiam barbaris vel cæcutientibus perſuadent, vt ſuo loco dicemus Deo fauente. Porrò nouiſſimè, Deus optimus maximus locutus eſt nobis in filio, & per Meſſiam verum, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qui ſecretiora Dei reuelauit, vt ſcribit D. Paulus[d]. Ardua certè & inacceſſibilia homini myſteria diuinitatis, cùm nemo nouerit filium niſi pater, nec patrem niſi filius & ſpiritus ſanctus, & cui voluerit filius reuelare. Nam ſicut, nec hominum quiſquam nouit quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus qui eſt in homine: ita nec quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus ipſe Dei. [e] Et docet latè D. Damaſcenus. [f] Quamobrem & poſt Chriſti doctrinam, ſpiritus ſanctus ſi piè inuocetur, omnibus ſcire cupidis ſeſe manifeſtat, & admirabilia & imperſcrutabilia philoſophorum antiquorum diſquiſitionibus annuntiat & edocet. Et hoc vſque adeò tritū eſt, vt probatione non indigeat. Habemus nãque tam admirandis Chriſti vbique terrarum breui ſpatio decantatos apoſtolos, vt qui anteà piſcatores viles, & ignari & analphabeti

[d] ad Hebræos c. 1. a.

[e] Ioan. 1.

[f] lib. 1. de ortho. fid. c. 1. & 2.

phabeti omnino erant, coriarij & telonarij, & huiusmodi artificiorum mechanici, post receptum spiritum sanctum, variis linguis, vsque ad admirationem loqui subitò visi sint, & de obscuris ac profundissimis verè disseruerunt, & tenebras ab oculis hominum discutientes à spiritu veritatis edocti, præter humanum ordinem omnigena doctrina abundarunt. g Eáque tanta & eius efficaciæ, vt vniuerso orbi leges dederint, sublatis philosophorum & eorum qui anteà falsò scientes habiti erant, legibus, sententiis & erroribus. Fuit enim missus dominus noster Iesus Christus eorum noster præceptor, vt illuminaret omnem hominem, h lux ipse mundi, & lumen ad reuelationem gentium. i Porrò ne quis decipiatur in Dæmonum præstigiis, qui, veluti simia homines, ita & opera Dei imitantur, admonebo obiter fraudes & artes illorum detegi posse, & impostura eius distingui, tribus modis potissimum, vel ex principiis vel mediis vel à fine ad quem res persuasæ diriguntur: à principiis, si somnia, apparitiones, reuelationes, visiones vetitum habeant exordium, nempe vel ex superstitione præcedente magica vetita, ex curiositate inutili, à superbia, auaritia, concupiscentia, à corrupta lubrica voluntate:

g actuum c. 2. a b.

h Iohã. c. 1.

i Luc. c. 2. E ver. 32. cum similibus.

à medio,

à medio, si per illicita eadem parentur, per cultus idolorum vel imaginum, per suspēsiones annulorum, per impiorum dæmonū inuocationes, pactiones tacitas vel expressas, & huiusmodi: à fine, si hæc ipsa, vel ad damnum, incommodum, contumeliam, contemptum dilectionis Dei, vel proximi tendant, si successus rerum malus, & contra legem Dei sit. Nam si bene actus dolosi diaboli, ad Dei voluntatem & proximi dilectionem, velut aurum ad lapidem Lydium, examinentur & conferantur, statim deteguntur & fuci, quibus mala ab impuris spiritibus inficiuntur & obumbrantur, & veluti ros matutinus, sole, in auras inuisibiles euanescent. Nec huiusmodi vaticinationibus, etsi veris, tantum est deferendum vt à bono ideo recedamus, & in Deum quippiam peccemus: quin & somniator ille cum vero somno, delendus de terra est, si ex somnio id persuadere velit, & à lege Dei velit homines auertere [k]. Nā & falsō prophetæ, inquit dominus, vaticinantur in nomine meo: non misi eos & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem & diuinationem fraudulentam & seductionem cordis sui, prophetant vobis, vt scribit Hieremias [l], & plura egregia alibi. [m] Quare fraudem semper

[k] Deuteron. c. 13. a.

[l] cap. 14. & ver. 14.

[m] c. 23. c & f.

per ineſſe immundorum ſpirituum actionibus, tibi perſuadeas: non enim mali angeli, eſſentia differunt à bonis, ſed voluntate mala, vt boni hominis animus à malo differt, vt ſcribit D. Athanaſius. n Et in hoc probari poſſunt ſpiritus, & diſcerni boni à malis. Duo enim ſunt genij ſingulorum hominum, vnus æquitatis, alius iniquitatis: æquitatis genius vel angelus bonus eſt, lenis, verecundus, manſuetus, quietus, continuò tecum loquitur de iuſtitia, de prudentia, de caſtitate, de benignitate, de venia, de charitate, de pietate: hæc omnia cùm aſcendunt in cor tuum, ſcito quòd genius æquitatis tecum eſt: huic itaque crede & operibus eius. Genij autem iniquitatis notæ, vt is ſit amarus, iracundus, ſtolidus, & opera illius pernicioſa, quæ euertunt filios Dei. Cùm ergo in cor tuum aſcenderint hæc, intellige ab operibus eius hunc eſſe genium iniquitatis. Cùm iracundia apprehenderit aut amaritudo, cupiditas rerum alienarum, ſuperbia, multiloquium, ambitio, & quæcunque his ſimilia vitia, intellige eum eſſe in te. Et tunc caue ne credas illi, recedéque ab omnibus operibus illius. Et hæc me docuit Hermas D. Pauli apoſtoli diſcipulus. o Poſſunt etiam verè prophetica & diuina

n li. de diuer. quæſt. quæſt. 3.

o lib. 2. quē vocat paſtorē mandato, ſiue ea. 6. & 12.

ſomnia

somnia & visiones discerni à dæmoniacis & Phytonicis, quia qui agente Dei voluntate sciunt, & præsciunt, intelligunt quæ dicunt, & hi verè vates: alij verò quod dicunt vidéntve non intelligunt, & hos vocauit vaticinatores Plato teste Plotino, p vnde antiquitus de vatibus dæmoniacis dictum fuit, μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζεται καλῶς: vates optimus, qui benè coniectat, apud Gregor. Magnum, q & Nicepho. Calisti. r vnde coniecturis deficientibus, quæ vanitatem possent dæmonum defendere, oraculis Pythicis & insomniis quamplurimi delusi sunt, & miserè perierunt, vsque adeo vt Oenomaus apud Græcos tam eloquentia quàm philosophia nobilis, oraculo Apollinis delphici deceptus, plurima & innumera responsa illius collegerit & refellerit, vt quædam etiam ex ipso notat Eusebius Pamphili. s Quocirca rogo omnes optimos Christi assecias, ne imposturis Sathanæ sese committant, neque in ea sint hæresi, vt plures. ô miseri istius seculi iuuenes, qui se dæmonibus obstringunt, pactísve nephandis deuouent, vt possideãt spiritum, vt vocant, Scientiæ, sibi familiarem. Quos ego censeo omnibus lachrymis elugendos, si quando Deus misereatur illorum vt resipiscant ab impietate & abysso

p li. de anima & dæmone.

q inuectiua 2. contra Iulian.

r li. 10. hist. Eccl. c. 37.

s lib. 5. de præpara. Euangel. c. 10.

abyſſo damnationis, ter certè atque quater deplorandi, qui in primis hoſtem doloſum & bonarum rerum inſcium & expugnatorem eligũt derelicto Deo, qui author ſcientiarum & veritatis eſt, à quo ſi ſcientia indigemus, non minus nobis quàm Salomõ & aliis præſtantiſſimis viris adueniet, ſi velimus. Erubeſcant & tandem quæſo, mancipia hæc ſathanæ, qui ſibi perſuadent, in ſuã ditionem ſpiritum ſcientiæ exorciſmis & præcãtationibus tranſtuliſſe, qui ve eum vt illorum iuſſu obſeruientem, & vt vera narrantem venerantur. Agnoſcant quęſo periculum in quo nauigãt, agnoſcant huiuſmodi ſpiritum nequam à ſathana eorum principe obſeruatorem proprius iunctum, ne caſſes illius vllomodo effugiant, ne Deum, quem ipſe ſed non impunè contempſit, cognoſcant. Ecce dum putant ſuis vaniſſimis characteribus illum occludere, ille ipſorũ lateri, perpetuò cathenas colligat fortius, & in ſua iura trahit: dum pertẽtant curioſè reſponſa de nouis adferri, & aliis enũtiari, veram ſui amittunt cognitionem, præcipites cæci ad ingentes tenebras voluntariè perducti. Similis namque dæmon eſt in aſtutia proditoribus & latronibus itinerum, qui, vt facultates quas perſequũtur & quib⁹ inhiant, ſcrutentur: vt vires & arma quæ ve

rentur

rétur in defferentibus illas, nouerint, vt itinera quibus viator onustus transiturus est detegant, se perhumaniter vt putatur viatoribus coniungunt, & obsequiis, imo & seruitiis incautos sibi fidere persuadent, nihil tamen magis in animo habentes, quàm cùm tempus illis accommodum aduenerit, illos iugulare, vt prædam ex illis colligant. Si exempla adhuc melliti sathanici doli desideres, considera quibus delinimentis & voluptatibus demulceat adulteros & fornicatores, quibus auaros meditationib⁹ pascat, & in summa quibus persuasionibus à longè petitis decipiat, & adigat volentes ad malorum luem, vt non nisi peccato commisso & postea irridente deceptore, quis astum facilè animaduertat. Nam præsentia quæ offert, speciem quidem boni habere videntur, sed finis animæ exitiosus, atque ipse nunquam mercator stolidus, sed lucrandi arte peritus facilè tibi exiguum quid delectabile & quamplurima promittit, vt prætiosam tuam suo ministerio deputet animam, quod dat merces & salarium tuæ est damnationis. Caueant itaque, quia initio contractus sunt voluntarij, sed posteà necessarij. Nihil certè est quod recipis vt te ipsum perdas, cùm nullâ homo dare possit commutationem pro anima sua, inquit

Deus

Deus. a Desinant ab infantium improuida permutatione, qui malo vel piro præsente cedunt aureis & prætiosis margaritis. Vigilemus quæso ne dominos seruos nostros reddamus, ne fiamus socij furum ac latronum,& vt ait Poëta:

a Mathei 16.& Marci 8.

Vt iugulent homines surgũt de nocte latrones:
Vt te ipsum serues, non expergisceris?

Omittant hæc abominanda, & meminerint Deum, Deum esse, id est, omniscium & omnipotẽtem, omnia ab eo pendere,& per consequens, si putent dæmonas quicquam scire & docere posse, putent & Deum illa eadem & omnia alia quæ non sciunt ipsi, scire & posse docere, ídque facilius. Dixit enim & facta sunt, mandauit & creata sunt. Petant ab illo & accipient: consulant regẽ, repellant tortorem & carnificem: meminerint quòd nec bonus ille habitus Socratis cacodæmon, quicquam de salute docuerit dominum suum nullam esse participationẽ lucis ad tenebras, Christi ad Belial, Christianorum cum Sathana: vetitũ esse vestimentum textum lino & lana, iugum bouis & asini, neminẽ duob⁹ dominis seruire posse, quin alterum oderit: periculosam esse cum inimicis vigilantibus, debilis animi familiaritatem & consortium. Et ad extremum

agnoscant

agnoscant salutem, exemplúmque ex similibus capiant ex illa dæmonis familiari vocatione, non ideo veram alicui vel decantatam & permanentem doctrinæ famam vnquam contigisse. Sunt enim dæmonum tantùm vanæ, insidiosæ animæ scientiæ & pollicitationes, & nascitur ridiculus scientibus mus, qui corrodit animam incantatoris, quíque ad omnem ventum eam pallescere facit, qui in bonis ignorātissimam & in vita hac corporali, iam tortoribus æternis mancipat. Scio quòd vera loquor & Deus testis, & ipsi, qui ista magica pertentant & experiuntur.

De gradibus quibus perficitur uia ordinaria. CAP. XIII.

IAm expedito sermone de scientia & cognitione, cui nihil nos vel exiguum cōferimus, quæ sola largitione vel Dei vel naturæ nobis contingente: cúmq; satis, vt existimo, apparuerit, nullam artem neque studiorum opem humanorum ibi requiri, eò quòd quæ Dei solius & naturæ ab eo præordinata sunt, nostra ope non indigeant: Quia etiā hæc Dei beneficia, non nisi summa cum occasione & necessitate & dispen-

satiuè, vt ita loquar, conceduntur, ad ordinariam viam cognoscendi animum cõuertim⁹, quæ studio & labote & industria, Dei adiutorio, sine quo nec alia possumus, paratur, & parta augetur & conseruatur. Porrò cùm scientia omnis ex cognitione oriatur, vt scribit Speusippus, Platonis discipulus. [a] Cognitio autẽ è mediis & instrumentis corporeis fiat, non simul, nec omnino vnico actu, nec præposterè, operę prætium est ordinem, quo notiones habẽtur & perficiuntut, explicare. Dicimus itaque in scientia & cognitione, primùm tria requiri præcipuè, quod intelligitur, intellectum, & intelligentem. quod dicunt Caballistæ esse summam decem Sephiroth, id est, omniũ numerationum, vbi, vt ait Rabi Abraam in ietzirah siue de creatione, est ספר ספר ספור, sopher sepher sophur .i. numerans, numerus, & numeratum. Nam si hæc tria simul consentiant, nec amplius in vno eorum quam in alio inueniatur, nullus error, sed certa inest scientia: sin minus tandiu est ratio cinãdum, vt ait commentator arboris Sephiroth, עד השכל והמשכול והמול אחד gad hascecel vehameścil vehamuścal echad, id est, donec intellectus, intelligens, & intellectum vniantur, hoc est eadem sentiant. Nam vt ait Porphyrius [b], πᾶσα γνῶσις τῶ

[a] li. de diffinitio. Plat.

[b] lib. περὶ τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν sent. 23.

τὴ γνωσὴ ὁμοίωσις ἐστὶ, id est, omnis cognitio, est assimilatio eius quod cognoscitur. Idē erit in cognitione, quando cognoscens, cognoscibile, & cognitio vniūtur. Tres enim res sunt, duæ extremæ, altera mediū quod extrema vnit. intelligens vel cognoscēs est vnum extremum, & primū, nempe anima: veluti si dicamus aptitudinem & facultatē intelligendi, sicut in Sephiroth, is qui numerat. Aliud extremum est intelligibile vel cognoscibile, id est, res quæ intelligi & cognosci debet, ac si dixeris in Sephiroth numeratum, vel quod numerari, vel cuius scire numerum expedit. Medium autem extremorum est intellectus vel cognitio, quę tandiu negotiatur, donec animam cognoscentem vel intelligētem impleat vera apprehēsione. Et sequitur aliud ex tribus his, resolutum, mens, & notitia, secundū productionem. Anima namq;, vt scribit Proclus [c] per ipsam quidem scientiam euadit intellectui similis, secundum actum ipsum cognoscibile comprehendens: abstrahit enim formas rei comprehensæ, vsque adeo vt intellectus formam & veluti eandem rem in animam transferat, non secus ac per visum rem corporalem comprehendimus; quod eius rei figura in oculis, veluti in speculo, perfectè appareat: perfectius autem in spe-

[c] lib. de anima & dæmone.

culo animæ res sunt, eo quod & anima, quia incorporalis substantiæ, formas, vt oculus corporalis & speculum corporale, corporales figuras separat & abstrahit. Secundò sciendum est, cognitionem hominis via ordinaria aduenientem, à visibilib' & comprehensibilibus Dei operibus incipere, & vsque ad inuisibilia & incomprehensibilia, & per se tantùm apparentia scandere. Verùm neutrũ horũ hominis est, sed in medio homo suas operationes exhibet: &, vt est liber homo in sentiendo, sic partes eius, & ad dubia & incerta terminanda, applicantur. Et communicat quidem homo cum animalibus brutis, dehinc propriam naturam habet insignitam ratione, qua ab his differt. Tertiò in loco cum Deo etiam participat & communicat mente quæ à Deo illuminatur. Quapropter & primum quæ corporea sunt ordine naturæ, vt animal: deinceps vt homo, dehinc vt participans cum Deo cognoscit. Sunt itaque tres hæ hierarchiæ in microcosmo hoc intellectuali, quæ à suprema illuminantur mente, veluti in cælesti intellectuali mundo tres sunt hierarchiæ spirituum, quorum nouissimi à superioribus illuminantur & docẽtur, & omnes à suprema mente, nempe à Deo. Tres istas microcosmi hierarchias vocant

Caballistæ

Caballiſtæ ſtationes & mutationum gradus, tres autem numero conſtituunt, primamque vocant deſinentem in Sekel, ſiue in aliqua intelligentia. Secundam deſinentem in Sandalphon, vt opinor, id eſt, in mediâ, quæ vtranque proſpicit extremitatem & vtramque coniungit. Tertiam deſinentẽ in mittatron, ſcilicet nuncium Dei, ſic enim angelum vocabant nuncium Dei, quẽ Moſis dixerunt fuiſſe præceptorem Caballiſtæ, vt etiam ſcribit Franciſcus Venetus d.

d tomo. 5. problem. Sacræ ſcriptur. ſectione 3. num. 272.

Rurſum in ſingulis tres ſunt ordines graduum, quorũ omniũ collectione fiunt nouem gradus, vnde mens perficitur, & lumẽ ipſum ab inferiori parte, ad ſe trahit rerum cognitionem. Quorũ omnium accipe breuem tabulã, cum proprietate ſingulorum graduum.

Tabula purificationis notionum, & gradus ad notionem.

1 Res quę eſt vel eſſe cenſetur, vbi diaphanum, ſiue ὑποκείμενον ſiue obiectum philoſophis.

2 Medium, quo ſubſtãtia rei colligitur, ſiue diaphanum, apparẽs, id quod ſe inſinuat ſenſibus.

3 Senſus exterior, vt auditus, viſus &c.

Hęc nõ ſillogizãt ſed ſimpliciter apprehendũtur,

Et hîc ſtatio prima, in qua ex ſimpli ci rerum exiſtẽtia, tranſitus fit ad co gnitionem animalem, incipitq; ani malis cuiuſq; vis dicta ſcechel שכל

Et viam diſcurſus prę parant.

4 Senſus interior, ad quem ſenſoria ſenſita tranſferunt, αἰσθησις Græcis.

5 Phantaſia φαντασία, Ibi fit firmatio ima ginum, ſenſu comprehenſarum. Eſt etiam hic primus gradus agnitionũ intellectualium quæ tantùm conſi deratione definiuntur, ſiue propria imagine, corporali ve viſione.

6 Exiſtimatio, qua imagines tales eſſe, vel aliquid eſſe, perſuademus: vocãt iudicium inferius animale, vel bru tum: cùm ſecundum apparentiam, ſimpliciter ex rerum collatione iu dicamus.

Hac in ſtatione ſecunda ceſſat ani mal brutum, nec vltra progreditur, & incipit id quod hominis eſt.

Sillogizãt hæc & diſcurſũ admittunt, & argumẽtationes.

7 Cogitatio, διάνοια, iudicium ſuperius, qua percurruntur & examinantur comprehenſiones, & ex his formatę opiniones. Hoc gradu fit præpara tio & tranſitus, ad rationem: ex mul to namque diſcurſu rerum, & dum nunc vna, poſteà alia res euoluitur, quod

quod conueniat inuenitur. Ex hac opinio.

8 Ratio quę confirmatione rationabili, omnia determinat: & inde ſequitur per conſultationem nonus gradus.

Dicebat & Plotinus lib. de fœlicitate cap. 2. quod iudicare de natura & ratione boni non ſenſus eſt, ſed rationis.

Hæc ratio plura ad vnum ſtabilien dum congruè adfert, & quæ obſtare videntur, ſeparat & reiicit.

9 Gradus, nempe intellectus, conſummatus & menti vnitus, quietus & immobilis ex lumine mẽtis per ſingula hominem concomitantis, ad ſuum finem perductus. Hîc tertia ſtatio, qua deſinit homo varius, & incipit illa pars hominis nobilior, mens, quæ Deo aſſimilatur, intellectus aliqua in parte ſimilitudine, & quam tantùm Deus alloquitur, cùm illi mirabilia & arcana ſua citra naturæ ordinem manifeſtat.

vũs, vel més & intellectus amplius nõ ſillogizãt: ſed diſcurſus reſolutiones tantùm recipit.

Loquitur & de his gradibus Clemens Alexãdrinus e. Diuini & cæleſtis nutrimẽti monumẽtũ, inquit, in vrna aurea. Exod. 17. conſecrari iubebatur. Gomor, erat decimatrium menſura: in nobis enim ipſis, tres

e li. 2. ſtromaton.

mensuræ tria significant iudicia: sensus quidem sensitum: eorum autem quæ dicuntur, nominum & verborum ratio: eorum autem quæ percipiuntur, intelligentia, mēs. Et paulò post, hæc est, vt existimo, quæ ex Deo est vera & iusta mensura, quæ metitur ea quæ veniunt in dimensionem, ea quæ hominem continet, decas, quam in summa tres prædictæ significarunt mensurę. Fuerit autem corpus & anima & quinq; sensus, & vocis edendæ potestas, víque seminaria, & cogitandi seu spiritalis facultas, aut quocunque alio nomine vis vocare. Oportet autem, vt vno verbo dicam, alia omnia transcendentes, in mente sistere. Sicut certè in mundo quoque, cùm nouem partes transilierimus, primam quidem quæ est per quatuor elementa, quæ in vno loco ponuntur propter mutationem, deinde septem errantes, & nonam inerrantem, venire oportet ad perfectum numerū, qui est super deos, nempe decimam partem, & vt semel dicam, ad Dei cognitionem, post creaturam desiderando effectorem. Propterea offerebantur Deo decimæ æphi, & hostiarum: & paschæ dies festus incipiebat à decima: quæ est cuiusuis perturbationis & cuiusuis sensilis transitus. Fide ergo consistit is qui est potestate cognoscendi

cendi præditus. hæc Clemens Alexandrinus.

De sensuali cognitione & unde error ex ijs quæ per sensus cognoscimus.

CAP. XIIII.

VT autem superiora meliùs intelligãtur, placet latius interpretari. Primũ itaque gradum cognitionis, rem, quam obiectum dicunt quòd ea obiiciatur vt cognoscatur, desideramus. Nam antequam quale quid sit cognoscamus, necessarium est vt prius res sit vel esse putetur, si de dubiis cognoscere aliquid velimus, vt Deo fauente docebimus in quæstionum vel disquisitionum principiis. Quamuis enim ipsum est, non similiter omnibus insit, nihilominus tamẽ ipsum est omnibus aliquo modo inuenitur, vt ait Aristot. f & ipsum scibile, necessariò sit oportet, vt idem Aristot. scribit g, & Plato etiam h ea nos scire posse negat, quæ essentiam non habent. Primus enim gradus totius naturæ, esse est, & veluti quædam ianua substantiarum omnium. Sequitur hunc gradum secundus, esse scilicet aliquomodo, & hinc differentia essentiarum fit, per diaphanum. nam res

f li. 7. metaph. c. 4.
g lib. 6. Ethic. c. 3.
h lib. 13. in Theæteto vel de scię tia.

per se nusquam in substantia qua sunt, videntur: sed mediante quodam lumine, vel colore, vel accidente, distinguntur à sensibus interpositione facta alicuius, inter sensus & sensibile, vt scribit Plato i quãuis intellectu & abstractione aliter possit contingere, non magis quam elemẽta in sua pura substantia videri non possunt, nec per consequens ex his corpora composita quæ ex eorum quibus vinciuntur natura, participare nemo ambigit. Vnde & arcanum illud substantiæ hominis, quo mouetur, viuit, sentit, ratiocinatur, neque sensibus corporeis exponitur, cùm neque aliarum minus rerum inferiorum substantiæ sensibus exponantur, quæ tamẽ esse nemo ambigit. vnde non mirum si dixerim in capite præcedenti, ab incomprehensibilibus, hoc est ab essentiis inuisibilibus & minimè sensibus expositis, cognitionis ordinem per viam sensuum nos ordiri. Philosophentur enim quantum velint athei; & physici, nusquam certè alij earum substantiarum primariam & natiuam cognitionem quàm Deo creatori tribuendam inuenient, nobis tantùm ab effectibus vsu & exteriori, vt ita loquar, cortice insinuatam. Et ideo dicimus etiam ibi non sillogisare neq; ratiocinari mentem. effectus enim & vsus rerũ

i lib. 31. sine Dialo. 6. de repu. vel de iusto.

appa

apparentes, nos, velimus nolimúsve, cogunt, ita vt sensibus se exhibent de his iudicare. Nam si reliqua indagare extra illa pergamus, intelligimus statim nostros conatus à diuina ineffabili scientia, & imperscrutabili sapientia elidi, vt & in minimis artificis demiurgi cognoscamus, vt ex linea Apellem, super excellentiam. Sicuti & in exilioribus animalibus, suam admirabilem & sapientiam & artem incomprehẽsibilem etiam in his quæ videri possunt ostendit in tam paruis, tam nullis vim suam & inexplicabilem perfectionem exhibens. Qua enim parte quæso tot sensus, vt cum Plinio k loquar, collocauit in culice? Et sunt alia dictu minora, sed vbi visum in eo prætendit? vbi gustum applicauit? vbi odoratum inseruit? vbi verò truculentam illam & portione maximam vocem ingenerauit &c. Quos teredini ad perforãda robora cũ sono teste, dentes affixit? Mirabilia certè sunt Dei opera & impenetrabilia. Nec humani etiam ingenij infirmitas ad puram rerum essentiam cognoscendam deduci potest: quia consequenter, si eam perfectè cognosceret, Dei artificis ingenium suo animo complecteretur. Cæterùm fieri nequit, vt quod minus est, nempe vt homo qui finitus, comprehendat infinitè maius

k lib. 11. c. 2.

& in

& infinitè infinitum: finiti enim ad infinitum nulla est proportio. Neque id etiam angelis datum est nosse. Ideo velatas describuntur habere facies Spiritus illi diuini. Thronum Dei perpetua veneratione adorantes, tanquam radiorum diuinitate deglutiti & absorpti, & minimè comprehensionis illorum capaces, apud Ezechielem [l] c.1. Scimus autem, quatenus Deus statuit, scire nos oportere. Et illud adhuc scire nobis contingit actu, cùm ad sciendum adiungimus, non solùm corporis, sed etiam mentis operam. Nam in sensibus quidem exterioribus, nulla est scientia, sed sciendi tantùm sensibilium principium est & ianua: sensus enim hi propemodum corporales, per se supra naturalem constitutionem effectus producere nequeunt. Ideo Plato [m] lib. 3. in Theæteto. sensum non esse scientiam dixit. Scientiæ autem diximus cognitionis corporeorum principium, quia sensus sunt veluti speculatores & interpretes rerum, in capite veluti in arce constituti à Deo, ad vsus necessarios vt scribit Cicero [n] de natura deor. li 2. & alibi rursum [o] lib. 1. de legibus., ipsum, inquit, hominem eadem natura non solùm celeritate mentis ornauit, sed etiam sensus tanquam satellites attribuit ac nuncios, & rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enu-

dauit,

dauit, quasi fundamenta quædam scientiæ, figurámque corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. Et iterum p scribit tertiam philosophiæ partem, quæ erat in ratione, & disserẽdo posita, sic tractatam ab Academicis & Peripateticis pariter, vt quãquam à sensibus, non esset tamen iudicium veritatis in sensibus: mentem enim volebãt esse rerum iudicem, & solam idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex & vnius modi, & tale quale esset: quam & ipsi ideam appellabãt. Sensus autem omnes hebetes & tardos esse arbitrabantur. Sed his addenda est Stoicorum de cognitionibus per sensus sententia. Hi namque, vt scribit Plutar. q constituunt notiones naturales & prænotiones. Notiones naturaliter fieri per viam sensuum. Cùm enim, inquiunt, nascitur homo, habet principalem animę partem instar membranæ scriptoriæ, in qua singulas notiones annotat, & tanquam literis mandat. Duo autem annotandi modi, quorum est vnus per sensus. Illi enim quæ apprehendunt transferunt, & dicuntur notiones naturales, sine vllo artis adminiculo, sed natura factæ, ex quarũ notionum eiusdem generis multiplicatione, sequitur vsus & experimentum: Alius autẽ modus annotandi, disciplina, curáque adhibitis;

p lib 1. Academic. quæst.

q lib. 4. de plac. phil. capi. 11.

bitis: cuius notiones, prænotiones dicũtur. Philo etiam Iudæus [r] ex sensibus ianitoribus notionum, mentem instrui scribit, dum ait, hos menti nunciare de colorum, figurarum, vocum, saporum, vaporúmve proprietatibus, & in vniuersum de corporibus eorúmve qualitatibus: Et eosdem esse animæ apparitores, ad quam quicquid vident audiúntve deferunt, & si quid extrinsecus immineat noxium præuident, præcauéntque ne quod improuisum & immedicabile malum dominæ obrepat. Et D. Chrisosto [s], dum interpretatur illud, cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & claude ostium. Cubiculum, inquit, est cor vel intellectus interior, id est, spiritualis, sicut scriptum est [t], quæ dicitis in cordibus vestris & in cubilibus vestris compungimini. ostium autem est sensus carnalis exterior, per quẽ omnia bona vel mala ad animam intrant. Vocat & [v] quinque fratres animæ, verè quidem fratres, quia & in vno sensu interiori participant, & ab eo veluti ab vno patre pendent. Dictus is à Platone ideo sensus communis [x]: & à Galeno [y], & Arist. [z]. Vnum esse in anima indiuiduũ, quod actu per sensoria & sensus diuidatur, dixit, & probauit: Et ita, quæ ab interiori sensu collecta sunt, constituunt initium phantasiarum:

r Tomo 2. lib. de somniis.

s Tomo 2. opere vt vocãt imperfecto hom. 13. in Math. c. 6.

t Psal. 4. a.

v In eod. Tomo. homil. in c. 16. Luc. de diuite & Lazaro.

x in lib. 13. in Teæteto, vel de scientia.

y Tomo 1. li. 7. de Hippocrat. & Plato. de cre.

z li. de sensu & sensili.

siarum: éstque ille sensus veluti radix phãtasiæ, memoriæ, doloris & voluptatis, vt scribit Galenus [a]. Et necessarium certè fuit vnum numero sensum communem omnibus externis adfuisse. Nam oportet vt quod inter sensilia distinguit, velut inter dulcia, alba, leuia, ea vnica potestate complecti simul & semel, aliter differentiam eorum quæ non nouit adferre posset. Nec pariter pluribus sensibus participantem rem describere posset, nisi vtraque nosset: veluti si dicas Dionysium album, morbidum adnauigasse, ibi enim plures sensus ad iudicandum cõcurrunt externi, quos vnus interior simul colligit. Videmus & eum sensum communem contraria simul nosse, quod non accidit vbi vnicus & singularis est sensus: sic in libros oculos coniicientes, simul album papyri & nigrum literarum concipimus. Est itaque sensus ille communis veluti punctus & centrum sensuum exteriorum, ad quem circumferentiæ rectas ducunt lineas, éstque vt iudex & princeps inter consiliarios, solus sententiam, aliis referentibus, ferens, vt docet latè Themistius [b], & Alexan. Aphrodiseus [c]. Et sic ritè dicuntur fieri per sensus notio & ignoratio, vt apud Hippocratem [d]. Vim autem hanc puto ex anima prodire, & aliunde, quã

[a] To. 8. li. 1. de elemen.

[b] li. 3. de anima c. 7. & 8.

[c] lib. de anima.

[d] li. de victus ratione.

ex

ex corporeis instrumẽtis sensoriis. qua autẽ in parte corporis sit & quomodo exeratur, causam nobis profiteor occultã, neque hominibus apertã, nõ ideo tamẽ minus certã & verã. Nam sicuti idẽ Galenus [e] scribit, ea, in quibus nobis causa probabilis deficit, credere opus erit: alioquin & videre & audire, & sentire omnino, & reminisci, & somnia per quietem cernere prorsus negemus, quippe cùm in singulis obstrusa causa sit, vnde existãt. Vis autẽ scire facilius, exteriora sine interiori nihil p se posse? Propone ante oculos hominẽ meditantẽ & vigilãtẽ, videbis eũ neq; iis quæ dicũtur obaudire nõ tacto deprehẽdere, eò quòd animus à sensoriis retractus sit, neq; is vim illis subministret. Ideo & nos gradũ exterioris & interioris sensus nectimus: iis enim mediis fit apprehẽsio. Sed & illud annotandũ est, cognitionẽ quæ ex sensibus pẽdet, vsum quẽdã antè desiderare, si discrimen ex ea velimus percipere. sensus namq; rem eo modo quo subiicitur refert: sed an sit res eadẽ vel similis ei quæ aliâs visa, illud certè non est solius sensus: nec absque frequenti vsu & obseruatione & consuetudine, & visorũ memoria. Siquidem vt Galenus ait [f], res nulla quæ sensibus nostris percipi potest, exquisitè & subitò, nisi sæpius visa, cognoscitur.

[e] Tomo 1. lib. 2. de semine.

[f] Tomo. 1. lib. 3. de anato. administ.

Argu

Argumento sunt gemini admodum sibi similes, qui ab insuetis nequeant dignosci: ab iis autem quibuscum habuerint consuetudinem, cõfestim agnoscantur. Et alibi g, Earum, inquit, rerum memoria, quæ sensibus nostris patent assiduam requirit consuetudinem. Quam & Stoicorum etiam diximus fuisse sententiam, dum vsu memoriam sensibus expositorum haberi dicebãt: tunc autem sensus in actu, repręsentatione rei, rem ipsam vel eandem, alterius nempe memoriæ adiutorio, colligit. Sensus namq; ab intellectu discernuntur. Quòd intelligere sit rectè vel malè iudicare: Sentire autẽ esse vel non esse tale, iudicare. vt colligitur ex Arist h. Sensitiuum itaque semper cum corpore: at intellectus ab eodem separabilis, & inferiora intelligit & superiora. quare & mutatur apprehensionum in vtroque nomen. Nam quod in sensu dolor vel voluptas est, in intellectu bonum vel malũ est. Quibus addere licet plures alias differentias inter vtrumque, de quibus tradit Arist. latè i, qui & ibi plures antiquorum reprehendit meritò, qui sensus & intellectũ eadem putarunt, cùm tamen longissimè inter illa intersit.

g eod. tomo li 1. de Anatom.

h 3. de anima. ca. 3.

i li. 3. de anima, vsq; ad cap. 9.

Quibus cognitis, nunc de sensuum notionibus statuenda est regula: sensui euiden

tia, demonstratione non indigere, quia ea per se talia sunt, & iudices sola sensoria sunt sine alia demonstratione: vt album tale est, quia hoc album, & ita nigrum illud. Et ideo ex sensibus hauriunt initia præcepta artium, etsi sensus præcepta artibus nõ dent: inter hęc enim magna differentia est vt deprehẽsio sensuum alia in artifice, quã inartium imperito, vt annotat Galenus in Isagogicis k. Veræ igitur erunt sensuum notiones, nec illi decipiuntur, vt etiam scribit Aristo. l & ideo idem author Aristoteles, m scientias particulares, in singulis ponit sensibus naturâ: Et contrà deficiente natura vnius sensus, & deficere illius scientiã necessariò. Adfero exemplum in cæcis: hi enim scientiam distinguendi colores amiserunt, vulgò enim parœmia illa teritur, cæcum minimè iudicare de colorib⁹. Sic pueri recèns nati, ante euolutos quadraginta dies, nec tacti rident, nec vellicati plorant. Nam vires sensuum in mucco, humoréve glutinoso hebetantur, vt scribit Hippocr. n Sic dormientes nec quicquam sensibus apprehendunt extrinsecus, nã functione priuantur. Neque tamen insçius sum, diuersas fuisse hac in parte sententias, & variatum à priscis philosophis in quæstione, num sensus fallaces sint. Nam falli & decipi posse

k li. de optima secta ad Thrasibulum.
l 3. de anima cap. 3.
m lib. resolutio. posterio. 1. c. 14.
n li. de septim. par.

sensus

sensus externos, videlicet, visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, dixerunt Heraclitus, Diocles, Empedocles: & sensum abiiciebãt Xenophanes Colophonius, Parmenides Eleata, Zeno Milesius, ex antiquioribus: ex nouis Stilpo & Megaricus: verùm tantùm rationi tribuentes, nimium in rationem declinãtes. Sicuti & illi turpiter lapsi, qui solis sensibus, nihil rationi & animo tribuunt, inter vtrumque namque consistit veritas: constat namque homo vtroque & anima & corpore: anima, vt vehiculo, & vt ministris sensibus vtatur necesse est, quandiu vitam hanc agit corpoream. Et hæc plenè disputat Eusebius Pamphili. Cæsariensis o. Sensuum etiam veritatem, repudiasse videtur & Plato, qui p fallax eorum esse apertè dicit iudicium. Et ideo iustè veram philosophiam suadere animæ, ne illis inhæreat, sed vt in se collecta, in seipsam sese reuocet neque credat illis, nec vlli præterquam sibi, quatenus videlicet ipsa per se ipsam intelligat quodlibet eorum quæ sunt existens per seipsum. Addit & idem Plato alibi q, mutabiles sensus & ideo fallaces, & alio modo gustare vel sentire sanum, alio ægrotũ. Adiiciunt alij facilè visum decipi, veluti dum videt in aqua remos vel inflexos vel infractos, dũ iudicat de longinquo

o li. 14. de præpar. euang.

p in Timæo lib. 2. & li. 29. in Phædone.

q lib. 13. in Theæteto.

turrim, quæ quadrata est, rotundam. quod æqualissimam porticum, angustiorem in vltima parte referat. Et quod cœlum à terra ingenti spatio distantem, & mari & terrę coniungi iudicet. Videmus & stellas, solē, & lunam visus nostri iudicio spherularum instar, cùm tamen magnitudinem terræ superent. Fallimur & in aliis multis visu. Nec solùm in visu, sed & in auditu maximi innascuntur errores. Nam audientes plaustri vel alterius rei cadentis leue murmur, existimamus tonitrua per aërem conuolui & reiici, vt sæpe aliud alterius vice dictū putamus, & aquarum in prȩcipitiis rapidos sonitus, vel timpana vel aliud quidpiam falsò auditu coniicimus. Quantum etiam contactu fallamur, quis nō scire se putet? Siquidem eædem planicies, pauimenta, lapides, tacta pedibus asperiora, manib⁹ leuiora creduntur. Et si quis paludem, vel alias stagnantes siue fluentes aquas ingrediatur, in ingressu, alterius temperaturæ, quàm dum ibi consederit vel egredietur, censebit. Vt & in balneis aquæ, ingressu calidæ, posteà tepidæ iudicantur: quibus & similibus adducti, semper fallaces dixere sensus. Stoici autem non ita absolutè, nec semper mendacij sensus arguunt. Epicurei ex diametro prioribus auersantur: Et cùm sensuales omnino

mnino sint, nusquam ex sensibus iudicium falsum sequi arbitrantur, sed ex animi opinione. Sic enim eorum sectator Lucreti⁹ r,

Ne leuiter credas labefactari vndiq; sensus.

Et rursum s,

Postquam pleraque fallere sensus, videntur.

Concluditq; hoc modo,

Cętera de genere hoc mirādo, multa videmus,
Quæ violare fidē quasi sensibus omnia quærūt:
Nec quicquam, quoniam pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipsi,
Pro visis vt sint, quæ non sunt sensibus visa.

r lib. 4. de rer. natura ver. 437.
s ver. 464.

Addit rationes quod sensus non decipiātur: primam ducens ab eo quod homini id tanquam non egregium conducat, animus autem id abscondat. Deinde aliam inculcat, vt si nihil his sciatur, nec determinantem ita scire posse num id nesciatur, atque eius verba hæc,

Nā nihil egregius, quàm res secernere apertas
A dubiis, animus quas ab se protinus abdit.
Deniq;, nihil sciri si quis putat, id quoq; nescit,
An sciri possit, quo se nihil scire fatetur.
Hunc igitur contra, mittam, contendere causam
Qui capite ipse suo instituit vestigia retro,
Et tamen hoc quoq; vti concedam scire: an id ipsum
Quæram, cùm in rebus veri nihil viderit antè,

Vndè sciat quid sit scire & nescire viciſſim,
Notitiam veri, quæ res, falsive crearit:
Et dubium certo, quæ res diferre probarit.

Ideo & resoluit statim, & alias rationes addit idem:

Inuenies primis ab sensibus esse creatam
Notitiam veri, neque sensus posse refelli.
Nam maiore fide debet reperier illud,
Sponte sua veris quod possit vincere falsa.
Quid maiore fide porrò, quàm sensus haberi
Debebit? an ab sensu falsò ratio orta valebit?
Dicere eos contrà, quę tota à sensibus orta est?
Qui nisi sint veri, ratio quoque falsa sit omnis.
An poterunt oculos aures reprẽdere? an aureis
Tactus? an hũc porrò tactum sapor arguet oris?
An confutabunt nareis? oculiue reuincent?
Nõ (vt opinor) ita est: Nam seorsum cuique potestas
Diuisa est. sua cuique vis est. Et quæ sequũtur.

In quibus in summa probat, non esse fallaces sensus hoc argumento. Aut à ratione, inquit, aut à seipsis, si falsi sint, falsitatis reprehendantur necesse est: porrò à ratione reprehendi nequeũt, nam cùm rationis diuersitas ab his oriatur, si hi sint falsi, ergo & ratio omnis falsa erit. à seipsis minus, nam singuli sensus diuersa & separata ministeria habent, & seorsum tactus tactum, auris auditum apprehendit, & sic reliqui. Vnde sibi non communicantes in officiis,

nec se

nec se mutuò reprehẽdere possunt. Et paulò antè, animi & opinionis, non sensuum, causam esse dicebat erroris & ex sensibus non in ipsis sensibus, dum scribit t, cùm de deceptione visus loquitur,

t eod. li. 4. ver. 342.

Nec tamen hîc oculos falli concedimus hilum:
Nam quocunq; loco sit lux, atque vmbra, tueri
Illorum est: eadem verò sint lumina necne,
Vmbráque quæ fuit huc, num transeat illuc,
An potius fiat paulò quod diximus antè,
Hoc animi demum ratio discernere debet:
Nec possunt oculi naturam noscere rerum.
Proindè animi vitiũ hoc oculis affingere noli.

Optimè certè Lucretius, verùm non satis sufficienter: Quia & causæ erroris aliũdè, quàm ex animo & sensibus contingere possunt. Nam interdũ vt & secundum Lucretium & Epicureos, animus & opinionis causa erroríve est qui contingat circa sensus, non dico in sensibus, quia in his nullus error, sed circa sensus, vel circa ea quæ à sensibus percepta sunt. Quod accidit quãdo anima ex perceptis anteà, aliter quàm oportet negotiatur: veluti si quæ pulchra aspectu sunt, quæ verè pulchra sunt in sua natura & propria pulchritudine, alteri maioríve pulchritudini visæ vel consideratæ præferat, tunc enim animi censura labitur, non sensus perceptio, nam in censura ni-

hil agit sensus. Et hæc electio, non rerum ipsarum naturæ, errorem faciunt. Sic etiam si in cõcentibus quis præferat timpani sonitum, harmoniæ & concentui multarum benè cõuenientium vocum, & cytharę, nõ decipitur quidẽ auditus, vtrumq; namque refert, sed animi iudicium, quod vnum alteri malè præferat. Sic si dulciora quæ non sunt, & leuiora, & magis fragrantia à sensibus percepta, improbè diiudicet. Desinit namq; sensus tunc: quocirca nec illi error ille imputandus. Et ita verè dixit Plato, v animum credere non debere sensibus, in inqnisitione quiditatis rerum scilicet, cùm intelligere vult quid per seipsum quippiã est. excedit namque abstractum, omnẽ sensuum iurisdictionem: cùm ij corporalibus apparentibus incumbant, non in inuisibilibus, in quibus si quis sensibus credat, decipitur ipse, non autem per sensus, sed tribuendo sensibus, quod illorum non est, & à quibus alieni illi sunt.

In Phiebo.

Atque in his aliundè causa erroris, quam ex ipsis sensibus annotanda, ex qua circa sensus quis fallitur: illa autem est, dum extra vim sensus, anima sensuum iudicio vtitur in apprehendendo: & tunc nec est sensus, sed aliud, causa falsitatis. Quæ vt apertius doceamus, expedit exempla iam proposita

posita errorum sensuum refellere. idq; cõmodius non fiet, quàm si iisdem exemplis vtamur: & si ostenderimus per ea nõ mendacium ex parte sensus, nec ex re quæ pro obiecto est, sed ex medio inter vtrumque posito, oriri, dum hallucinatur circa abusum sensus, animus. In aqua namque infractionis & inflexionis remorum causa est, aqua, medium inter remum & visum. vtrũque autem per se extremorum perfectum & infractum, & remus extra aquam & visus. Et teneritas siue mollities & lenitas substantiæ, aquæ insidet, ex lumine speculum, prout icta & mota est, ita & imaginem vibrans, euertit lineam recti. Pariter, vt turris habitus nos eludat, interualli medium & conditio compellit in aperto: æqualitas enim circumfusi aëris, pari luce vestiens angulos, obliterat lineas. vel melius, quia eo vsque visus non dirigitur, ideo quia deficit sensus eo vsque non pertingens: nec ei error attribuendus, sed animo qui vult per sensum iudicare, de eo loco ad quem non potest peruenire sensus, aliter idem esset, ac si cæco quis adscribat quod bene nõ legat, vel videnti, quod quæ operiuntur non conspiciat nec diuinet. Sic & cecinit Lucretius[x]:

Quadratas q; procul turres cũ cernimus vrbis,
Propterea fit vti videantur sæpe rotundæ,

[x] li. 4. ver. 309.

Angulus obtusus quia longe cernitur omnis,
Siue etiam potius non cernitur, ac perit eius
Plaga, nec ad nostras acies illabitur ictus:
Aëra per multũ quia dum simulachra ferũtur,
Cogit hebescere cum crebris offensibus aër.
Hinc, vbi suffugit sensum vbi angulus omnis
Fit quasi ad tornum saxorum structa tuantur,
Non tamen vt coram quæ sunt, vereq; rotũda,
Sed quasi adũbratim paulum simulata videtur.

Extat & regula optima apud Vitellionem y. Quod remotio rei visæ ab ipso visu, non est comprehensibilis à solo sensu visus, sed auxilio virtutis animæ cognoscitiuæ & distinctiuæ. Item aliud theorema z vnumquodque visorum lõgitudinem habere spatij, vltra quod non videtur. Quibus annotatis facilis oritur ratio, quod cælum mari vnitur, vbi visus absumitur. Sic & vniformitas porticus acuitur in fine, dum acies in occluso stipata illic tenuatur quo & extenditur. Plures & de his extraneæ causæ tradi possunt, sed eas colligere facile ex Vitellionis perspectiua a. Et quod ad reliqua pertinet, causa deceptionis circa auditum in sonitu, non auditus etiam est, nec gustus in gustu, sed in gustante & audiente, quod malè iudicet. hoc autem nõ sensuum est, verè namque sonos defert auditus, & gustus gustum, sed malè de his iudicatur: non tamen culpa sensuum. De reliquis sensi

y li 4. Theoremate 9.

z 8.

a lib, 4.

sensibus idem dicendum esse existimo, vt etiam optimè Plato [2] in patientem & gustantem, & sentientem, causam erroris reiicit. & si in eo non sit, sed extrinsecis mediis, neque culpandi etiam sensus, sed causæ videntur: vt & Tertullia. examinat [3], vbi agit de sensibus.

[2] in Teæteto.

[3] Tomo 2. li. de anima.

De phantasia, cogitatione, ratione, mente.

CAP. XV.

SEd de sensibus hactenus, cùm tractatum satis superque sit, postulat præscriptus ordo, de phantasia & reliquis vsque ad mẽtis periodum dicamus. Sensibus igitur apprehensa, per sensum communem, ad imaginationem vel phantasiã perueniunt. Nec mirum, cùm imaginandi vis, quæ phantasia nominatur, eadem sit ad numerum cum potentia sentiendi, quamuis essentia ratioñéve differat. Est enim postrema, per illa & ab illis, vt notat Themistius [a]. Isque alibi [b] imaginationem esse definit, motum animæ, quem sensus in actu positus creat. Phantasiam autem dici ex argumẽto lucis, sine qua cerni & videri non potest. quod omnino prodiit ex schola & traditione Aristot. [c] Et explicat optimè. Simplicius in com

[a] li. de insom. c. 7.

[b] lib. 3. de anima ca. 15.

[c] in lib. 3. de anima c. 3.

commentariis de anima [d]. Hæc autem fit ex sensibus, vt si album respiciatur, illud album in imaginationem transit. Quę enim accepta & comprehensa sensibus sunt, eorum spectris & simulachris imaginatio excitatur. Ita fit, vt quemadmodum sensile cooperatur ad sensum, ita actio sensus imaginationi respondeat. Dat exemplum Themistius [e], vt si fingamus annulum esse qui in cera ad imam vsque partem signum imprimat, rursum ambitu aëris signatam ita ceram cõprehendi, posthac & ceram & annulum remoueri, & solam impressionem & sigillationem in aëre relinqui. hæc ad imaginationem transferes vt sensile pro annulo sit, vicem ceræ sensus obtineat, imaginatio aëri succedat. Et distinguit Alex. Aphrod. [f] imaginationem à memoria, quòd imaginatio sit actus quo imaginationes fiũt, vt intellectus, quo intelligentia: memoria autẽ, reseruatio earum figurarum & aliarum. imaginatio phantasia dicta à sensuũ præcipuo, à visu inquam, quod fit mediãte lumine, vt etiam tradit Cicero [g]. Chrysippus autem vocat phantasiam, affectionẽ in animo factam, quæ sui quoq; efficiens, vt apprehensionis albi per visum affectio, album subest. Sic sí per tactum vel odoratum, huiusmodi affectio fiat: dictámque phantasiam à lumine,

[d] in particu. textus Arist. 161. & 162.

[e] 3. de anima ca. 14.

[f] lib. de anima.

[g] 4. acad. quæst.

ne, quia seipsam demonstrat, vt lumen ea colluſtrat differre hanc à phantasto, phantastico,& phãtasmate etiam insinuar:quòd phantaston sit, quicquid animam ciere vel mouere possit:phantasticon sit inanis attractus sine vllo obiecto vel phantasto factus, vt accidit in vmbratili pugna se exercentibus. Phantasma autem sit,ad quod rapimur phãtastico & inani attractu, qualia fiunt in mente captis,& à furiis agitatis vel furiosis. Tradit & Plutar. [h] Atque φαντασία est imaginatio vel visio eius rei quę est,phantasma rei quæ non est,vt notat Suidas,similiter D. Aurel. Augustinus. [i] Aliter,ꝛinquit cogito patrem meum quem sæpe vidi,aliter auum quem nunquam vidi: horũ primum phantasia est, alterum phantasma. Et Hesichius φαντασία,inquit,τὸ μὲν ὄν ἀληθὲς, ἀλλὰ σχήματι, est phantasia, eius quod quidem in veritate non est, sed in figura. φάσμα autem, vel φάντασμα dicitur τέρας,ostentum, monstrum,signum.Et expressius Philo Iudęus,[k] φαντασία τύπωσις ἐστιν ἐν ψυχῇ, διονεὶ φαντασία τις ὅσα ἃ γὰρ εἰσήγαγεν ἑκάστη τῶν αἰσθήσεων ὥσπερ ἀκαντύλιος τις ἢ σφραγὶς, ἐναπεμάξατο τὸν οἰκεῖον χαρακτῆρα. ἡτὸ ἐνμαγεῖον φυλάττει παρ' ἑαυτῇ, μέχρις ἂν ἢ ἀντίπαλος τῇ μνήμῃ τύπον λειανάσα λήθη ἀμυδρὸν ἐργάσηται ἢ παντελῶς ἀφανίσῃ, id est, Phantasia est effiguratio in anima, quasi vis

h lib. 4.de placi.philoſ.c.12.

i lib. 6.de muſica c. 11.

k li.de mũdo.

visi statio quædam existens. Quæ enim introduxit quisque sensuum, veluti annulus aliquis vel sigillum impressit eius similem characterem, custodítque imaginem in se, donec obliuio contraria memoriæ, formam delens, vix conspicuam reddit, vel omnino tollit. Addendus D. Ioan. Damascenus [1] apud quem sic scribitur. φανταστικὸν ἐστι δυνάμις τῆς ἀλόγου ψυχῆς, διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἐνεργοῦσα, ἥτις λέγεται αἴσθησις. φανταστὸν δὲ ἠγοῦν αἰσθητὸν τὸ τῇ φαντασίᾳ ἢγοῦν τῇ αἰσθήσει ὑποπῖπτον: ὡς ὅρασις μὲν αὐτὴ ἡ ὁπτικὴ δύναμις, ὁρατὸν δὲ τὸ ὑποπῖπτον τῇ ὁράσει, λίθος, τυχὸν ἤ τι τῶν τοιούτων. φαντασία δέ ἐστι πάθος τῆς ἀλόγου ψυχῆς, ὑπὸ φανταστοῦ τινὸς γίνομενον.

[1] lib. 2. de ortho. fi. c. 17. περὶ τῆς φαντασικῆς de phãtastico.

Φάντασμα δὲ πάθος διάκενον ἐν τοῖς ἀλόγοις τῆς ψυχῆς, ἀπ' ὀδενὸς φανταστοῦ γενόμενον. id est,

Phantasticum siue vis imaginatrix, est virtus animæ rationis expertis, quæ sensuũ adminiculo operatur, quę & sensus dicitur.

Phantaston seu imaginabile vel sensitũ, est quod phantasiæ vel sensui obiicitur: vt visus quidem, ipsa vicina virtus est, visibile verò visioni obiectum, vt fortè lapis, vel aliud simile.

Phantasia, est affectio irrationalis partis animæ, quę ab aliquo phantasto vel imaginabili ducitur.

Phantasma autẽ, affectio est vana in partibus

tib⁹ irrationalis animæ, à nullo visibili, imaginabili, vel phantasto tracta.

Quæ omnia communia esse nobis cum brutis, intelligas velim, ex eo, quia animæ irrationalis partis hæc dixerit Damascen⁹. Habent namque & animalia bruta sensus exteriores, & vim sentiendi, & per consequẽs imaginationem inde natam. Quibus enim Deus opt. maximusque vitam dedit, & naturalem inclinationem ad vtilia sibi, & contrariorum odium: necessariò & illis facultatem existimo eundem tribuisse imaginationis, qua & quæ contraria & vtilia sunt annotarent, saltem imaginatione & phantasia. Qua in parte lubentissimè discedo à sententia philosophorum antiquiorũ quorundam, qui dixerunt quibusdam animantibus esse vim imaginationis, aliis nequaquam, quæ inquiunt quamuis sensibus instructa sint, imaginãdi & afformãdi visa, ingenio carent: vt vermes, muscæ, & complura huius generis, quæ quanquam à sensibus mouentur, non tamen retinent notiones aut species eas, quas sentiendo concipiunt, sed quicquid agunt, temerè agunt, & casu feruntur, nullis regentibus visis, quippe quæ in his mansitare aut scrutari non possint. Et sic sentit Themistius [m], quẽ alij sequuntur: ego tamẽ minimè, nec quòd ibi expri

[m] lib. 3. de anima c. 14.

exprimit, dum ait, Prouide ſenſus illorum perquam ſimilis ictui perceleri eſt, quem quis ſummo tenus, & in trãſcurſu impegit, vnde nec cutis adliueſcat, nec vibices attollãtur, in quibus exemplaria & imagines rerum ſenſitarum firmius & ſtabilius hæſitant. Nunquam enim concedam vermes & muſcas & ſimilia quãuis minuta, nihil imaginari, vel etiã temerè ferri. Nam vltra Dei prouidentiam, qua omnia certum habẽt viuendi & agendi modum, etiam nos experientia docet, vermes nec muſcas temerè ferri, vel caſu: nam nec amaris, nec aquis ſe immergunt ſi præſenſerint, & ad dulce ſemel guſtatum vel ſanguinẽ, vel aliud quod præguſtauerint placens concurrunt. Quin & crabrones cognoſcunt & perſequuntur qui aluearia effoderint, & regem ſuũ apes norunt, & inſidiãtes examinibus beſtiolas, quæ ſine imaginatione fieri nequeunt. forſan de vermibus illud quis recipiendũ putaret, eò quòd nulli generi vermium oculi videntes inſint, ſicuti nec oſtreis, talpis, & ſecũdum Nigidium nec locuſtis, nec cicadis, nec lũbricis, vt ſcribit Plinius.[n] Meminit & Ariſt. de aliquibus,[o], vnde & hæc incõſulto feruntur, quia nec vbi dirigant iter non proſpiciant. Cęterùm cùm imaginatio & phantaſia non ex ſolo viſu oriatur, ſed

[n] li. 11. natur. hiſto. c. 37.

[o] lib. 1. de hiſto. animal. c. 9.

& ex

& ex aliis sensibus qui apprehensa intrò referunt, vbi forma & lumen quoddam & figura efficitur, idcirco, non ideo quòd illa animalia non videant, dicendum est imaginatione carere: sic enim & cõcludere possemus, cæcos imaginatione & simulachris phantasiæ carere, quod falsum est, cùm nec simulachra ex lumine externo in imaginatione fiant visibilia, sed ex proprietate quadam indita sensibus interiotibus. Fatebor tamen quædam animalia, fortius imaginari, & phantasia esse præstantiori, & retineri in quibusdam diutius imagines, in aliis euanida cito fieri simulachra: sed & illud aliunde & ex alia vi, nempe memoratiua nõ imaginatiua, cùm tamen ἡ μνημὴ ὐ ἐστὶ φαντασίων σωτηρία, ἀλλὰ τῶν μελετηθέντων προβάλλεσθαι ἐν νέας προβλήματα, id est, non est memoria phantasiarũ conseruatio, sed id quod producit cogitatorũ genita nouiter vt scribit Porphyr. p Est enim tantùm phantastica vis simulachrorum magistra, vt scribit Plato q, qui & in duas partes & species phantasticum diuidit, vt vnum sit per instrumenta factum: alterum illius qui sese instrumentum phantasma efficientis exhibet. Nam vltima specie sine visu, quoties quis figuram tuam vsurpans, corpus suum tuo reddit persimile, seu vocem voci, imi-

p lib. τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν numero 17, 14. id est, de causis ad intelligibilia.

q lib. 15. in sophista vel de ente.

tatio ista phantasticè nũcupatur, & possunt etiam simulachra in imaginatione concipi, quæ non imitatione aliorum visorum, quia & non existentium, in ea imaginationis parte fiunt. veluti dum architectus ex partibus, sensibus extrinsecus aliâs oblatis, & ex diuersis figurarum colligationibus, domus & ædificij in se simulachrum cõfingit, ad cuius posteà exemplar, materiale ædificium excitat. Idem de pictorum ideis mente comprehensis, forsan nunquam repertis & visis, dicendum: vt si chimeram, hippocentaurum, montem aureum imaginentur, vel pulchritudinis cuiusdam singularem & raram delineationem. Nam & hæc imaginationi tribuit Plato [r], etsi ea phantasmata, id est, ex non apparẽtibus collecta, dicere fas sit. Et phantasiæ tribuit Apollo. Tyaneus apud Philostra.[s] dum vltra imitationem, phantasiam quæ nunquã vidit, comprehendere demonstrat. Et D. Aurel. Augusti.[t] tria genera visionũ dicit esse, primam corporalem, secundam visionem, tertiam intellectualem: corporalem quæ fit per corpus: spiritalem, cùm imaginem eorum quæ vidimus, in memoria condimus: intellectualem, cùm ea quæ corporaliter vidimus, & imaginaliter in memoria retinemus. Intellectualiter discernimus, quod illud

[r] in sophista.

[s] lib. 6. de eius vita c. 9.

[t] in soluio. sexaginta quinque quęst. Oros. quę. 63.

illud sit corpus, illud similitudo corporis: quem intellectum bestiæ & pecora atque volatilia nullatenus habent. Vident & ipsa per corpus, & eorum quæ videntur imaginaliter species formatur. Sic & pecora præsepia recognoscunt, & bos possessorẽ suũ, & aues ad nidos suos redeũt. Sed nec seipsa intelligunt quæ sint, nec illa quę oculis cernunt. Corporalis visio sine spiritali esse nõ potest, potest tamen sine corporali spiritalis esse. Et ideo Mercurius Trismegistus in Pimandro v, Phantasia, inquit, solum circa ea quæ genita sunt, versatur, in qua præter generationem nihil existit: at vnicum id ingenitum, Deus scilicet, incomprehensibile phantasiæ. Vnde & absentium in tenebris recordamur, & in tenebris quæ vidimus imaginaliter cernimus. Intellectualis autẽ, sine vtroq; potest esse. Nam per eam videtur iustitia, charitas, ipse Deus, ipsa mens hominis, quæ nullum corpus habent, neq; vllam similitudinem corporis. Veruntamẽ quod pertinet ad nostrum notionum ordinem, tractatione præsenti contenti, loquimur tantùm de illis imaginationibus quæ sensibus apprehenduntur, & gradum, phantasiam inquam, alium à sensibus constituimus. Separantur namque sensus ab imaginatione, quamuis vna vi fiãt. Quod si quis

v sermo. 5.

differentias inter hæc colligere velit, breuiter accipiat ex Themistio x, & Alex. Aphrodiseo y. In summa enim ostendo sensum non esse imaginationem : primò quia in somnis imaginamur, in somnis autem non sentimus neque potentia, neque actu. Secundo cæci imaginantur & cõfingunt colores, qui tamẽ neque actu neq; potẽtia sensu visus videt. Tertiò allucinamur circa imaginationem, circa sensus modo quo suprà docuimus, nequaquam, error namque circa obtuitũ vel tactum, ab imaginatione est. Deinceps & quartò sentire in nostra potestate non est, absente obiecto sensus: contra imaginari, sine rei præsentia corporalis possumus. Communicat autem cum sensu, quia vel ex eo vel ratione ei⁹, effingit siue verè siue falsò: eò quòd occasione sensuũ verè vel malè simulachra effingit non tamen eadem. Illud namque in sapientia admiranda Dei obseruandum est, vt semper per media pedetentim, ad altiora gradus constituxerit, & superiora cum inferioribus quodam participare medio voluerit, vt fieret facilior transitus. Nam quemadmodum cum imaginatione participat sensus, ita imaginatio, medium inter sensum & cogitationẽ cum illa participat, vt vtraque & vera & falsa esse possit. Cæterùm

x 3. de anima c. 11.
y li. de anima.

rũ dissentit ab imaginatione opinio: quòd opinionem consequatur assensus & fides, neque vllo pacto fieri possit, vt qui opinatur non credat ita planè esse vt opinatur: hinc statim annectitur persuasio, rursum persuasioni ratio. Et sic opinio est quædam cum ratione assensio. Differt & imaginatio seiuncto gradu ab intellectu, quod imaginatio fallatur, intellectus nunquam. Imaginatio autem fallax tunc, cùm id quod apparet ei non consentit nec cohæret: cùm imaginatio re apparente magis hebes vel obtusior est: in vtroque namque extremorum & nimio & insufficiẽti erratur, in medio cùm sit verum. Diximus autem imaginationi opinionem accedere vt assensum, qua ratione forsan quis putaret septimum illum gradum opinionis, cum imaginatione eundem esse, cùm tamen diuersus sit ab eo, quia persuasio quidem per discursum fit cum imaginationis simulachro. Cæterùm ex illo medio aliud fit, opinio videlicet. Nam interdũ pedissequa est assensio simulachro & imaginationi, interdum nequaquam, quum per alia quæpiam accidentia fallax esse deprehenditur: veluti cùm astra non moueri imaginamur: Et quando in optimè adumbratis picturis, vel in speculis, eminentias & depressiones inspicimus: nõ enim his per ima

ginationes fidem abrogamus: vehementes tamen ad id persuadēdum sunt. Nam & his decipiuntur facilè animalia, quæ intellectu & discursu carent: & ad eum modum homines qui brutis pares, sine discursu rationū, leuiter credunt. Sic scribunt, aues delusas accurrisse ad vuas, pictas ab Zeuxide, tamquā ad veras. item & Zeuxim ipsum delusum à Parrasio. Etenim Parrasius in cōtentionem artis vocatus, detulit linteum pictum, ita veritate repręsentata, vt Zeuxis alitū iudicio tumens, flagitaret tandem reuocato linteo picturam ostendi, vt scribit Plinius. z Qui & alibi narrat a Polygnotum Thasium, tabulam pinxisse, quæ erat in porticu Pompeij, in qua dubitabatur, ascēdētem ne cum clypeo depinxisset, an descēdentem. Scribit & Gabrias Græcus, deceptū canem ex imagine carnis, quam ore gestabat, lepidissimis his versiculis:

z lib. 35. hist. nat. c. 10.

a c. 9. eius libri.

φέρων ποταμὸν πλησίον κύων κρέας,
κύψας ἑαυτὸν, ἄλλον εἰσ ὕδωρ βλέπει
χανὼν δὲ λοιπὸν τὸ κάτω λαβεῖν κρέας
ἀπεστερεῖτο, καὶ τὸ ὃπερ ἐκράτει, id est,

Canis cùm iuxta flumen carnes deferret,
Inclinans seipsum alium in aqua vidit.
Ore aperto inhians, vt & acciperet carnes quæ videbantur illi
Infra esse, priuatus est & his quas habebat.

Non

Non hæc igitur quæ videntur imaginationibus nos decipiunt vehementibus: sed quando per alia visa obscurantur, & non esse vera nobis persuademus, discursu percurrente singula, & alia suadente & demonstrante atque ex opinione vel existimatione concepta, sequitur cogitatio. omnib⁹ autem veluti ὑποβάθρα siue fundamentum est imaginatio, à qua transit omne animal ad existimationem siue veram siue falsam, & altius solus homo ad cogitationem: homo enim vnus inter animalia omnia vim obtinet cogitandi, vt scribit Aristot. [b] nihil enim aliud est cogitatio, quàm motus animorum, qui in vero disquirendo maximè versatur, vt scribit Cicero [c]. Et quãdo vt ait Philo Iudæus [d], mens est excita in seipsa, aut receptis à rebus, externis formis aliquibus eximiis, tunc concipit & parturit cogitationes, quas volens parere, non potest, donec per linguam cæteráque instrumenta sua, vox eas excipiens, obstetricis more producat in lucem. Quare Plato [e], cogitationem & orationem idem esse censuit, nisi quòd cogitatio dicitur illa sine strepitu vocis interior collocutio, qua sese animus noster colloquitur. Id facilè quisq; coniiciet, si similem putet vocem lumini, quo quæ in abditis cordis & mentis, velut

b lib. 1. de histo. animal. c. 1.

c 1. offic. lib.

d Tomo priori lib. quod deterius potiori insidietur.

e lib. 15. in Soph. vel de ente.

in tenebris sunt, delitescentia deteguntur. Opinionem autem Platò tunc dicit, quãdo & per affirmationem & negationem, illa collocutio in anima fit silentio. Cæterùm illud obseruandum, in opinatione non esse contraria. Nam inquit idem Plato f, nũquid alium quempiam siue prudentem siue insanum ausurum existimas secum loquendo, ex industria sibi persuadere bouem esse necessario equum, vel duo vnum esse? minime. & si secum loqui opinari est, nemo dum vtraque dicit opinatur, attingítq; animo, proferre tvnquam, opinaretúrq; alterum esse alterum. Sed certè, minus contrariis inhæret persuasio, cùm ex sensibus cogitationes euolutæ, opinionem generãt: via enim ea semper per sensus, nostro ordine, ad mentẽ itur ab anima hominis, quæ huius capax. Persuasio enim & cogitatio, vt scribit Hippocrates g, memoria quædam, commemoratióve est, quæ ex rebus, sensu comprehensis constat, componitúrve: Nã sensus imagine quadam clara & aperta ducitur, qui præfectus præpatiénsve cogitationi mentíve quæ subsunt nũtiat: quæ suscipit sæpéque quale, quantum, quibúsque eueniat, considerat: sæpéq; secum cogitãs, mussitat & commemorat. Quam quidẽ cogitationem, persuasionémve cõprobarem:

f lib. 13. in Theæteto vel de sciẽtia.

g li. de præceptis.

si

si tamen ex dubitatione principium faciat, delationémve ex patétibus eadem via deducat. Nam si cogitatio persuasióve, ex rebus apertè factis principium sumat faciátve, deprehenditur & inuenitur in sensus, mentísve vi inesse, quæ ab aliis singula suscipit. Quamobrem putandum est, naturam, multis variísque rebus moueri, & cogente vi suscipi, miscerí ve: mens autem sensúsve, quemadmodum antè dicebam, ab ea hauriens, posteà ad lucem & veritatẽ deducit. Hactenus Hippocrates. Arbitror & ego, cogitationes hominum quæ in bonis ac eximiis rebus fiunt, item quæ pro fine sibi veritatem proponunt, similes esse ebullitionibus & iactationibus vini recentis, quibus fæx omnis, & quod alienum est, vt etiã in maris fluctibus putridum omne, foras proiiciuntur, & pura & immixta ab alienis redduntur interna: vt quantò continuę magis cogitationes, tantò existimare debeabus animas fore ab erroribus defæcatiores & maiora scientes. Exemplo nobis sunt pueri & discentes: pueri namque non ita sagaces ac viri, nondum enim fæculentam illam vini recentis colluuiem, & inconsultum sanguinis motum depurarunt. Sic discentes, minutis cogitationibus semper cogitationes maiores motúsque acriores ad-

dentes perfectiores euadunt. Et mens sensus'ue defæcati & puri, integríque animi actus scientiã esse docent, nam si exerceantur, crescunt: sin minus, marcessit, debilitatur, minuitúrq; animus, vt scribit Hippo.[h] & marcescere & deficere mentem inexercitatam, ex similibus probari potest, nempe ex aqua, quæ si non mouetur, contrahit situm, inutilisque est & fœtida vsibus humanis: contrà, quæ mouetur salubris & vtilis. & ignis flabello vel follibus in flammam lucidam excitatur: contrà, si torpeat, fauillas cõtrahit, sesèq; in illis penitus occulit. Cùm autem cogitatio nihil aliud sit, quàm mentis agitatio, ea necessariò supra imaginationem & existimationem homini excolenda, ei qui verè humanæ vitæ gradũ velit supra bruta assequi notionum, nec in his quietem agere debet, vt ostendit etiam Lactantius Firmianus[i]. Nam quantò diutius quis cogitauerit, eò perfectius cognoscet. cùm enim cuiusuis sit hominis errare, nullius tamen nisi insipientis perseuerare in errore: quia posteriores cogitationes solét sapientiores esse, vt in veteri axiomate fuisse scribit Cicero[k], quod & Græci vsurpant, dum dicunt ὑστέραι φρονήσεις σοφώτεραι. Et certè, cogitationibus crebris res examinatur melius. Et Leuit. 11. munda animalia

[h] In fragm. quodã lib. de mente sensuve.

[i] lib. 6. de vero cult. cap. 16.

[k] Philipp. 12. in M. Anton.

Leuit. 11.

repu

reputãtur, quibúſq; liceat edere, quæ rumi-
nant, & quæ habent vngulam fiſſam: per ru-
minationem, frequẽtem cogitationis exa-
minationem intelligendo, & per vngulam
fiſſam, cogitationum examinatarum ſepa-
rationem, & electionem à confuſione, ma-
la à bonis ſeparantes, incerta & falſa à cer-
tis & veris. Cæterùm nec ibi vltimum gra-
dum figit homo ſapiens. quia non omnes
cogitationes quæ in nobis ſunt, bonæ ſunt,
nec in poteſtate noſtra cor noſtrum, ſed in
Dei poteſtate qui dirigit illud: nos autem
illum ſequi debemus, gratia oblatum ducẽ
optimum. aliquãdo quippe & ferè ſemper,
cogitationes noſtræ repentè natæ, mentem
animúmque confundunt, alióq; trahunt,
quàm tu propoſueris, ad ſecularia reuocãt,
mundana inſerunt, voluptates ingerunt, il-
lecebroſa intexunt, ipſóque tempore quo
mentem eleuare paramus, inſerti inanibus
cogitationibus, ad terrena plerunque deii-
cimur, vt ſcribit D. Auguſti. [l] & D. Ambro-
ſius [m]. Porrò à tribus cogitationes accipi-
mus, vt ſcribit Thalaſius Monachus [n], nẽ-
pe, à memoria, ſenſibus, & habitudine. hinc
malum vel bonum cogitationis, hinc illæ
animi præſtigiæ, hinc multa malitia homi-
num eſt in terra, & cuncta cogitatio cor-
dis intenta ad malum omni tempore, vt
dixit

[l] lib. 2. de bono perſeueran. c. 8.
[m] li. de fuga ſecu. c. 1.
[n] hecatõt. 1. de chari.

o Genes.6.a.ver.5. dixit Deus o, vel saltem vt idem dixit alibi p, sensus & cogitatio humani cordis, in malũ prona sunt ab adolescentia sua. Quocirca sapiens q, qui bonus est, hauriet sibi gratiam à domino: qui autem cõfidit in cogitationibus suis, impiè aget: & sunt cogitationes sine intellectu r. Sunt autem illæ in triplici specie malæ, quásque vitare expedit, scilicet cogitationes leues, ociosas, inutiles omni rei: aliæ & violentæ & magis adhærẽtes, quæ ad necessitates naturæ pertinent: quasi ex eodem assumptæ limo quo & nos facti sumus, quæ si paulò curiosius insederint, difficulter euelluntur. huiusmodi cogitatio nimia de cibo, potu, vestimento, & huiusmodi, quæ certè oriri dum incipiunt, clamandum nobis cum Iacobo ad

p Genes.8.d. ver.21.

q proverb.c.12.a.ver.2.

r Sapien.1.b.ver.5.

s Gen.49. Rubem s: Rubem primogenitus meus non crescas: ascendisti enim cubile patris tui. Nam & hæ primogeniti nomine dicuntur, cò quòd in initio vitæ nostræ in nobis pullulant, cùm cætera vitia ex processu temporis, ex malitia mundi huius, variisq; occasionibus contrahantur. Aliæ deinc cogitationes sunt immundæ & fætidæ, quas nec admittere quidem vlla ratione debemus, sed à lõge præsentito fætore tota virtute repellere, vt annotauit D. Bernardus t. Et quia mala vitanda sunt, sic & cogitationes

t li.de tripl.Gen. cogit.nostra.

nes malæ tanquam malorum radices, antequam altè radicent, in nobis circuncidendæ. quod & innuit propheta Dauid v, Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram, hoc est, qui peruersas & lubricas cogitationes elidet ad Christum, qui petra est, vt & interpretatur D. Ambrosius x, dicitúrque verè, eas esse allidendas ad Christum, quia vt scribit Eusebius Pamphili. y per disciplinam Christi, non solùm à facinore turpi, verum etiam à cogitationibus abstinere inhonestis, ventrem & quæ sub ventre sunt domare, docemur. Cogitationibus itaque primò est prouidendum, vt bonæ sint, malæ statim antequam peperierint, extrudantur. Quare & Deus dominus noster Iesus Christus, suis præceptis, eam maximè partem curare iussit, & non tãtùm malè facere, sed & malè cogitare prohibuit, Nam qui malum non cogitat, consequẽter imo & multò magis, à mali illatione abstinet. Huc pertinent præcepta illa, Non concupisces, Non desiderabis vxorem proximi tui, &, Non odio habebis inimicum, &, Ex corde exeunt cogitationes malæ, & reliqua similia. Et ita D. Basilius Magnus z vestales sacras admonet: Oportet, inquit, ante omnia virginẽ cogitationes suas puras inuiolatásque seruare: anima quippe perdu

v Psal. 136. ver. 9.

x lib. 2. de pœnit. c. 21.

y lib. 1. de prẹparat e uang. c. 3.

z sermone de vera virginit.

perdurante incorrupta, corpus quoque impollutum immaculatúmque seruatur. porrò si pessimis cogitationibus contaminetur anima, quantumlibet corpus incorruptum remanere videatur, non tamen munda eius censetur integritas, cùm sordibus cogitationum inquinata vitietur. Erat etiam in Thebaide in finibus Hermipolis degens Abbas Apollo nomine, sanctus heremita, qui quotidiè docebat monachos suos, ornari virtutibus, & machinationes diaboli in cogitationibus in principio protin⁹ propulsare, dicens, contrito capite serpentis, mortuum fore totum corpus. Et iussit, inquit dominus, vt obseruetis caput serpentis, id autẽ est, ne in principio admittamus malas & turpes cogitationes prout refert Palladius Euagrij discipulus [a]. Porrò vt præcaueamus facilius cogitationes malas, causæ illarum effectrices euitandæ sunt: Sicuti in bonis ascisc endis, bonæ sectandæ sunt: bonorum autem cogitationum causæ sunt virtutes: virtutum autem præcepta: vt autem in effectum prodeant, est propositũ. Malarum contrà cogitationum sunt vitia, vitiosarum inobedientia, inobedientiæ & ex sensibus deceptio, vt deceptiones mentis negligentia circa sui securitatem parit, sicuti notat Thalassius Monachus [b], non enim

[a] in histo. Lausia. vel sanctorum patrum histo. 52.

[b] hecatontade 3. de charitate.

enim per se concitantur cogitationes, sed ex re alia occasionem sumentes, vel malæ vel bonæ creantur. Et vt scribit D. Chrisostomus [c]. Quemadmodum mulieres ex cõgressione pariunt, & si sint sana quidẽ corpora, talia etiam sunt quæ nascuntur, vt quę parentum naturam imitantur: ita etiam in cogitationibus, vt si cum bonis versẽris, tales sint quoque tui fœtus: sin autem cũ malis & non attendas, magnum quoque illinc damnum accipias. Remanet igitur cogitationes alio adminiculo egere, neque oportere hominem, qui verè vir est, illis fidere, sed ad alium gradum prouocare, aliúmque iudicem inter illas constituere. Hunc autẽ nos constituimus rationem discernentem bona à malis octauo ordine, & colligantur eo modo cogitationes rationi immediatè, sicut cogitationes sensibus. Nam, inquit Epicurus, vt scribit Diog. Laërtius [d], & cogitationes è sensibus manant secundum incidentiam, proportionem, similitudinem, & compositionem, cooperante etiam aliquid ratione ipsa. Et ita docebat idem Epicurus, omnẽ rationem, quamuis nimium generaliter loquatur, à sensibus dictam esse, & si contineat amplius ratio, nempe discretionem bonarum & malarum cogitationum, vt Plato optimè dixerit [e], nos debere nos ipsos

[c] homilia in Psal. 7. Tomo 1.

[d] in eius vita li. 10. de vitis philoso.

[e] lib. 24. in Gorgia vel de Rhetor.

ipsos committere rationi tanquam medico, ille enim morbos & discrasias corporis solet vel auertere, præuidere, vel tollere: hæc autẽ animi. Sic Maximus Tyrius f, loquẽs de alteratione multiformi huius vitæ. At huic, inquit, præsidet ratio, quæ præsentem rem, semper exornet, haud secus quàm medici ars, corpori natura minimè stabili, quinimo sursum ac deorsum euacuationibus ac repletionibus versato, studium præbet indigentię ac satietatis regendę. Rationis eximia vis est. Et vt cum Cicerone loquar g, homines cùm multis aliis, tũ hoc vno à bestiis plurimùm differunt, quòd rationem habeant à natura menti datam & acrem & vigentem, celerriméque multa simul agitantem, & vt ita dicam, sagacẽ, quæ & causas rerum & consecutiones videat, & similitudines transferat, & disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet, omnémq; cõprehendat vitæ statũ. Et verbũ λόγος, quo rationẽ significãt Gręci, apud eosdẽ tria significat, primum cogitationis ἀπόλυ, quod voce exprimitur, dehinc ipsam vocẽ vel cõplexionẽ orationis, quę est veluti cogitationum speculum à principio ad calcem vsq; faciendi vel non faciendi comprehensum, nõ secus quàm verbum ex syllabis & literis compositum, certum quid significare

f sermo. 37.

g 2. de finibus.

gnificare demonstratur, cùm tamen nihil significent literæ vel syllabæ separatæ, vt h Plato docet. Postremò logos, dicitur quod quandam notam adfert, qua id de quo agitur, ab aliis omnibus differat, & eius adferatur rècta opinio, vt scribit Plato i, atq; ea ratio cùm maior sit, ideo se & per inferiores gradus diffundere potest, vt ex inferioribus deligat mens per rationem, veluti per manus, quę deligi conuenit, idque cum certa scientia nec temerè nec casu, nec natura, sed arte rationis, operans. Et hoc homini speciale. vnum ratione vti, addítque naturæ eius, vt omnes scientias adipisci possit. Nam cætera animantia singula, à natura innata secum artificia deferunt: vt norunt natura apes plasmare, fingeréve alueolos: thesauros verò quosdam & labyrinthos formicæ fabricari: nere autẽ & texere araneæ: sed homo sicut corpore nudo, ita & animam artibus actu destitutam, dum nascitur, habet. Proindè pro corporis nuditate, manus, pro animæ inertia, imperitiáque rationem accepit. Et sicut manus, quanquam nullum sint eorum quæ particularia sunt organa, quia tamen omnia rectè manus potest recipere, est organum ante omnia organa: ita & ratio nulla quidem ex artibus est particularibus, omnes autem in

h in Theæteto.

i lib. 13. in Theæteto siue de scię tia.

seipsam recipere nata est, ob id ars ante artes fuit, vt philosophatur Galen. [k] Et Plutar. ait, τὸ δὲ ἄνευ λογισμοῦ ποιούμενον πᾶν, ἄτεχνόν τε καὶ διάστραμμένον, idest, omne absque ratione factũ, inartificiosum est & peruersum. Maximúsque Tyrius [l], Sed age, inquit, opus habeas aliquo, qui te manu quodammodo in vniuersam hanc notitiam deducat, ipsam sequere rationem. háncq; , idẽ Tyrius alibi rationem, artem dicit [m], & simile obsequium animæ ab illa ferri, ac parturientibus ab obstetricibus. vt enim hæ eruditas adhibent manus, suscipiunt fœtum, dolores mulcent, maturum partum in lucẽ educunt, puerperæ discutiunt periculum: similiter ratio prægnantem animum doloribusve plenum, obstetricatur. In quibus plurimi vel obstetricis imperitia, vel dolorum vehemẽtia, vel etiam ignauia seminis, abortum emittunt, pauci admodum raríq; animi absolutè pariunt. Ex quibus si suscipitur proles, ea nimirũ legitima integráq; est, & patrem apertissimè testatur. Proinde animi conceptio dicitur mens, dolores sensus, partus reminiscẽtia. animósque omnes intellige natura concipere, sensu sustinere dolores, parere ratione. Cúmque ad hanc vsq; discursus peruenit, iam incipit anima apud seipsam spatiari, hęc enim illi propria est

k Tomo 1. li. 1. de vsu partium c. 3. & 4.

l sermo 1.

m sermo. 28.

est ex Dei dono concessa, vnde summis viribꝰ eniti debemus, vt nos totos ipsius censuræ subdamus, & liberè eam in nos imperare permittamus. Statim enim illa nos ad altiora subducet, vehiculo à mente diuina illustrato, & veluti quodam curru igneo Eliæ, in cælestia & superiora nos transferet. Sic & Seneca [n], si vis, inquit, tibi omnia subiicere, subiice te rationi, multos reges, si ratio te rexerit ab illa disces, quid & quemadmodum aggredi debeas. Sícque affatus Socrates Critonem, Ego nõ modo nunc, sed semper talis esse percupio, qui nulli quidem meorum magis parendum esse, quàm rationi existimem, quæ consultanti mihi optima videatur, vt annotauit Theodoritꝰ [o], Et Plato [p], ego, inquit, nũc tantum hoc magnus sum dumtaxat, quòd meipsum præsto rationi meæ obedientem. Obseruauit & illud summo ingenio imperator Antoni. Pius, vt omnium quæ gessit in senatu, & per edicta rationẽ reddiderit, vt author est Iul. Capitolinus [q]. Atq; Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, disposuit, & ordinauit, nihil nõ ratione tractari intelligíque voluit, vt scribit Tertullianus [r], & veræ filiæ rationis scientiæ sunt & virtutes, vt scribit Philo Iudæus [s]. Et ideo si scientiæ non possint rationem &

n li. 5. epistola. & epistola 37.

o li. 1. de cura ratione Græca. affectio.

p epistola. 2. ad Diony.

q in eius vita.

r Tomo 2. lib. de [illegible] nit.

s li. [illegible] gan. [illegible] mo 1.

matrem demonstrare, statim mihi sunt suspectæ, tanto amplius consuetudines vulgares & sine ratione. Pars namque est illa irrationalis muliebris in anima, virilis autem ratio. Nã vt admonet Philo Iudæus t, videtur satis manifestè docere scriptura, quòd cõsuetudines magis mulierib⁹ quàm viris curæ sint, & per verba Rachelis mirantis sola sensibilia. Sic enim patrem suum alloquitur: Ne molestè feras domine, non possum tibi assurgere, quia iuxta consuetudinem mulierum mihi est. Ergo mulierum est sequi vulgares consuetudines. Certum est enim consuetudinem pertinere ad infirmiores effæminatiorésve animas: quandoquidem virilis, robustæ, veréque masculæ rationis officium est, naturã ducem sequi. Nemo est etiam qui ignoret iurisconsultos Romanorum, & aliarum gentium nomothetas, alias leges neque iubere nec recipere, quàm rationi coniunctas, vel quæ fulciri ea possint. Et ita Paulus v, rationẽ naturalem vocat, legem quandam, & secundũ eam & legitimam liberis in bonis parentũ etiam damnatorum lege ciuili concedendam: quódque ratio naturalis inter omnes gentes cõstituit, ius gentium dicitur: quasi quo iure omnes gentes vtantur apud Iustinianum x, & Caium y, vt ratio illa sepa-

t Tomo 1. lib. de temulentia.

v in l. cum ratio l. 8. de bon. dãnat. lib. 48. tit. 20.

x §. quod verò de iure natur. gen. & ciuili. 1. instit. iur. ciui. ti. 2.

y in l. omnes populi l. 9. de iust. & iu. lib. 1. tit. 1.

rat

rat ius gentium à iure naturali: quòd naturale ius sine ratione obseruetur, & ideo commune sit brutis, quæ rationis expertia sunt: hoc autem gentium, proprium humanæ sit naturæ quæ ratione vtitur Vlpiano teste z, vt ratio legem commendet a. Et D. Hieron. Nec putemus in verbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonũ foliis, sed in radice rationis b. Qua in parte nullus est qui nostram artem magnã nõ admiretur, vel potius Deum eius principẽ, cùm ea tot rationes, vt vix quis earũ multi tudinem, non minus quàm solis radios ferat, doceãtur. vt etiam per se vera his adhuc clariori face illuminentur. Et ideo Hebræi præcipuè Rabini, vocant rationem טעם tagnam, id est, gustum, saporem, velut rerũ condimẽtum. Et forsan apud Latinos ratio dicta, quasi aliquid ratum & firmum exhibens: vt non immeritò Cicero c dicat, rationem esse causam quæ demonstrat verũ esse id quod intẽdimus breui subiectione. Porrò cùm hic præstantissima incipiat gloria hominis, nempe in optima ratione prębenda, cauendum, ne sub specie rationis, quædam à ratione aliena serpant, dum minor interdum rationis effectus vtiliori & maiori proponitur, vel vt clarius loquar,

z in l. 1. §. fin. de iust. & iure.

a in cano. eõs metudo 1. dist.

b refertur in canon. Marciõ 1. q. 1. in decre. gratia.

c 2. ad Heren.

minor ratio maiori anteponitur, in eo namque peccatur & plerumque immedicabiliter. Nã vt scribit Euripides [d], & Theodoritus [e], ὁ δ' ἄδικος λόγος νοσῶν ἐν ἀντῷ, φαρμάκων δεῖται σόφων, id est, iniqua ratio existentibus morbis in ipsa, pharmacis eget bonis. Ratio etenim, vt scribit Marcil. Ficinus [f] cùm inter intellectum & opinionem media sit, quoties ad inferiora se deiicit, opinionis refertur erroribus & diuina cogitare desistit. Cùm verò ad mentem sui ducem conuertitur, diuinorum cognitionem haurit, quam proprio nomine in mente sapientiam, in ratione reminiscentiam, Plato nominat. Et Cicero [g], cùm adoleuit, perfectam sapientiã dici ait: & hac nihil in Deo, nihil in homine melius, eámque cum Deo hominem si recta sit sortietatem habere. Accedit D. Cyrillus archiepiscopus, & patriarcha Alexand. [h]. Humana mens, inquit, si quiera fuerit & secum habitans, atq; phantasiis friuolis & abominabilibus abscedere solita, acutè & perspicuè perspiciet, citráq; errorem rerum cognitionẽ percipiet: quod si perturbationibus crassior facta fuerit, nũquam diuinam pulchritudinem contuebitur, & in his quæ magis terrena sunt residebit, similis passerculis complutis madefactione à subuolando prohibitis. omnésque ferè

d in Phænicis.

e lib. 1. de curat. Græc. affectio.

f in Epito. Theæteti.

g 1. de ll.

h Tomo 2. l. 1. dialogorum de sanctiss. trinitate.

ferè Platonici dicunt, animum nostrũ, quasi quoddam tetrachordum, intellectu, ratione, phantasia, ac sensibus constare. intellectum, diuinum in quo nihil est nisi simplex ac purum ac vniforme: imaginationem & sensus, mortales partes esse, proinde muationibus varietatibúsque refertas. Mediã, rationem, propriam humanæ naturæ, quã habere arbitrium anceps dicunt inclinandi & ad mortalia & ad diuina. Vnde si ratio, veluti in lira neruus, qui dicitur mese, cum diuina parte se temperauerit, admirabiles morum cõcentus, simplices videlicet, graues, decoros creabit: sin se consociauerit cũ mortalibus varios, molles, indecoros pariet. hac in sede nos Christianè ponimus arbitrium liberum. nam & vt scribit Aristo. in ratione ponunt duas partes, τὸ ἐπιστημονικὸν καὶ τὸ λογιστικὸν vim sciendi & vim ratiocinandi, καὶ τὸ βουλεύεσθαι καὶ λογίζεσθαι ταυτὸν .i. & idē consultare & ratiocinari: esse demum in consultatione electioni locum, quódque si electio sit studiosa, appetitum rectum esse, & rationem veram. Et illã rationem id dictare, appetitum autem persequi, & hinc mentē & veritatem sequi actiuam: quod post consultationem fit. nam ante actionem, sicut in vtramque partem: consultatio arguebat negotium declinare

i li. 6. Ethico. c. 1. & 2.

posse, sic & actionem posse in vtramq; partem vergere demonstratur, οὐδὲὶς δὲ βουλεύεται περὶ τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν, nemo, enim, inquit, consulit de rebus quæ aliter se habere nequeunt: sic & Nemesius k, ostendit reipsa non posse actiones aliquas, aliis quàm hominis voluntati adscribi, sicuti turpes vel iniquas actiones, quæ nec necessitati tribuuntur, eo quòd quæ illius necessitatis sunt, semper eodem modo se habent: nec fato, quia eius actiones sunt necessariæ non cõtingentes: minus Deo, quia nihil turpe & iniustè agit: nec naturæ, quia eius opera sunt animalia, stirpes: neq; fortunæ, quia eius raræ sunt præter expectationem hominum actiones: neque casui, quia casus est euentus inanimatorum aut bestiarum, vt per consequens principium suorũ operum homo. addit ἔτι εἰ μηδεμιᾶς ἐστὶν ἀρχὴ πράξεως ἄνθρωπος, πῶς ἔχει τὸ βουλεύεσθαι, deinde si nullius actionis homo principiũ est, frustrà possidet vim consultandi. Sed & Epictetus dicebat, nostra esse, & in nobis, opinionem, conatum, appetitum, declinationem, & nostra opera, eáque vt omnia quæ in nobis sunt esse natura libera, vt scribit Arius l & Cebes m hominem in bivio positum describit, virtutis & vitij: in eiúsque potestate quam velit viam ingredi.

k lib. περὶ φυσέως ἀνθρώπε de natu. homi. c. 39.

l in Enchiridio Epicteti c. 1.

m in pinace tabula.

Hæcque

Hæcque eadem sentit Pythagoras per literam bicornem: hoc & suadet voluntatis liber motus. ex motu autem animæ & voluntatis, actiones vtriusque & corporis & animæ: vnde & necessariò concludamus oportet & ipsas actiones liberas. fassus & id Lucretius n:

n lib. 2. de rer. natu. ver. 257.

Vnde est hæc inquam fatis auulsa voluptas?
Per quam progredimur, quò ducit quæq; voluntas:
Declinamus item motus, nec tempore certo,
Nec regione loci certa, sed vbi ipsa tulit mēs.
Nam dubio procul his rebus sua cuiq; volūtas
Principium dat: Et hinc motus per membra rigantur.

Et paulò post.

Vt videas initium motus à corde creari:
Ex animiq; voluntate id procedere primum,
Inde dari porrò, per totum corpus & artus.
Nec simile est vt cū impulsi concedimus ictu,
Viribus alterius magnis, magnoq; coactu:
Nam tum materiam totius corporis omnem,
Perspiciunt nobis inuitis ire, rapiq;
Donec eam refrenauit per membra voluntas,
Iam ne vides igitur, quanquam vis extima multos
Pellat, & multos cogat procedere sæpè,
Precipitesq; rapit, tamē esse in pectore nostro
Quiddam, quod contra pugnare, obstareque possit.
Cuius ad arbitrium quoque copia materiai

Cogitur interdum flecti per membra, per artus,
Et congesta refrenatur retroque residit.

Omitto quę Plato, Plutar. Arist. Proclus, Iamblichus, & alij de hac libertate volũtatis dixerunt. Prętereo & iurisprudentiæ Cæsareæ, & pontificiæ authoritatem, qua constat & negotia ex volũtate tantùm libera, non coacta, metu've impellente facta, rata tantùm esse. Item & delicta tantùm voluntaria puniri, & alia quæ, cùm de voluntate agemus, Deo iuuante explicabimus. Sufficiat in præsentiarum rationem homini à Deo datam, vt in vtramque partem bonam & malã itinere proposito & proposita vita & morte, quod bonum est eligat. Sic enim & Sybilla scribit o, ἀυτὸς ὁδοὺς προέθηκε δύο, ζωῆς θανάτουτε, καὶ γνώμῃ προέθηκε' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι, ἀυτὸς δ' εἰς θάνατον καὶ πῦρ αἰῶσιν ἔρριψεν: εἰκὼν ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα, id est, ipse, scilicet Deus, duas vias proposuit, vitæ & mortis: & proposuit ex scientia eligere vitam bonam, sed ipse in mortem & ignem æternum se coniecit. Imago mea est homo rectam rationem habens. Homo quippe rationalis, inquit Irenęus p, & per hoc similis Deo, liber in arbitrio factus & suæ potestatis, ipse sibi causa est, vt aliquando quidem frumentum, aliquando autem palea fiat. Quapropter & iustè condemnabitur,

o li. 8. oraculo. apud Castellio. ver. p. 253.

p li. 4. cõtra hæreses c. 9.

bitur, quoniam rationabilis factus, amisit veram rationem, & irrationabiliter viuens auersatus est iustitiæ Dei, tradens se omni terreno spiritui, & omnibus seruiens voluptatibus, quemadmodum propheta ait, Homo cùm in honore esset, cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et rursum q non natura alios bonos alios malos creatos esse dicit, sed omnes cum libero arbitrio eligendi boni, & non tantùm in actibus, sed etiam in fide. Sed & beatus Cyprianus r vitia affectus carnis propriè animæ sunt, quæ sentit, & mouet, & viuit, cui imputatur peccatum, quia ipsi datum est arbitrium & iudicium & sciẽtia & potentia, per quæ possit improbare malum & eligere bonum. Et rursum idem s, Credendi & non credendi potestas, libertásque in arbitrio posita est. Ecce, dedi ante faciem tuam, vitam & mortem, ait dominus, bonum & malum: elige vitam & viues t. Et Epiphanius v contra Pharisæos, qui fatum ponebãt, disputans, ait, Omnib⁹ manifestum est clarúmque ac minime ambiguum, quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus per seipsum locutus, si volueritis & nolueritis. Quare circa hominẽ est bona operari, aut malas res appetere. Adde Tertullianum x, qui & nos & Adamum ipsum

q c. 72. eius libri.

r in prologo sermo. 2. tomi.

s lib. 3. ad Quirinũ c. 52.

t Deutero. c. 30. d. ver. 19.

v Tomo 1. lib. 1. cõtra hære. hære. 16.

x li. exhortatio. ad Castit. Tomo 2.

ipsum propria & libera voluntate peccare ostendit, Deique bonæ voluntati & præceptis obsistere, nec diabolum voluntatẽ delinquendi sed materiam subministrare. Docet & latissimè alibi y liberum & sui arbitrij & suæ potestatis. Inuenio inquit, hominem à Deo institutum, nullam imaginem & similitudinem Dei in eo animaduertens quam eiusmodi status formã. Accedit huic D. Bernardi celebre dictum z, Arbitrij libertas, inquit, hæc est, diuinum quiddã præfulgens in anima tanquam gemma in auro, ex hac namq; inest illi inter bonum & malum, nec non inter vitam & mortem, sed & nihilominus inter lucem & tenebras, & agnitio iudicij & optio eligendi, & si quæ sint alia quæ similiter circa habitum animi sese è regione respicere videantur. Nihilominus inter ipsa censor animus diiudicat ac discernit. Is arbiter, is animæ oculus. Sicut arbiter in discernendo, ita in eligendo liber. Vnde & liberum nominatur arbitriũ, quòd liceat versari in his pro arbitrio voluntatis: inde homo ad promerendum potens. omne enim quod feceris bonum malúmve, quod quidem non facere liberũ sit, meritò ad meritum reputatur. Consentiunt his antiqui sacri patres omnes, quorũ ego alibi plusquam centum testimonia collegi, nempe

y lib. 2. aduer. Marcio. & lib. de trinitate.

z sermo. 81. super cant. canticorum.

nempe Augustini, Ambrosij, Rabami, Hilarij, Hieronymi, Basilij Magni, vtriusque Cyrilli & Hierosolymitani, & Alexandrini, Chrisostomi, Albini, & aliorum, qui multis rationibus adstruunt nobis inditum, vt possimus liberè vel ad malũ declinare, vel bonum nobis gratia diuina sine nostra opera oblatum, persequi: nunquam enim Deus, eo quòd nulli inuidus, suam gratiã volentibus operari benè, subtrahit, sed infinitis occasionibus nobis arripiendam exhibet. Nam & quod possimus per liberam potestatem, malas nobis subiicere cogitationes voluntatésque, id Deo acceptum ferendum est sicuti & quod simus, & quod potius homines quàm bruta simus, quódque rationis capaces facti. Deus enim ab initio, vt scribitur in Ecclesiast 1. constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua, si volueris mandata seruare, conseruabunt te. Apposui tibi ignem & aquam: ad quod volueris porrige manum. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi: Quæ verba nõ tantùm ad Adamum diriguntur, (in cuius persona quidam impiè & hostiliter erga homines naturam contendunt sublatam libertatẽ arbitrij ad bonum) sed & ad reliquos homines:

1 Eccle. c. 15. c. ver. 14. & sequent.

nes: siquidem ibi loquitur generaliter author,& de præsentibus hominibus,cùm ait indefinitè,ante hominem mors &c. Indefinita autem propositio tantum effert quãtum vniuersalis: vniuersalem autem omnes cõtinere nemo ambigit. Deinde adiicit textus,apposuit tibi ignem & aquam,ad quod volueris porrige manum. Scribit tibi non Adamo,& te habere potestatem etiam bona accipiendi indicat etiam post lapsum Adami,quod multis cõfirmare possem,vel verbo Dei, qui ad Cain post lapsum Adami, a ait,nónne si benè egeris recipies,sin autem malè,statim in foribꝰ peccatũ tuum aderit,sed sub te erit appetitus illius, & tu dominaberis illius? Quid est sub te erit appetitus illius, quàm quod peccandi vel nõ peccandi libertas in nobis sit, & nobis subditos esse peccandi appetitus? Referta sunt sacra biblia testimoniis aliis, quibus Deus semper inculcat,Si timueritis dominum & voluntatem eius volueritis facere,bona terræ comedetis, si nolueritis &c. b Et rursum,Quoties volui congregare vos & noluistis c, Et rursum d, ego adsto, inquit dominus, ad ostium & pulso, si quis aperuerit,&c.in similibus in quibus Deus nullos ad bona cogit potestate ordinaria, sed voluntates hominum liberas exigit & allicit,

a Genes.c. 4.a,ver.7.

b Deuter. 30.31. 1.Reg.12. Iesaię 1.cũ similib.

c Lucæ.13

d Apoc.3.

cit, vt voluntati suæ liberè cooperantes, aliquid nostri addamus, vnde nostra obediētia & gratitudo illucescat & colligatur, mercésque adiiciatur. Nam vt inquit D. Paulus. [c] Si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo. Sed & extra potestatem inditam, alius modus traditus bene agendi per gratiam nobis in baptismo inditam. Et quāquam multa sint, quæ obnubilent in arbitrio libero, electionem, non ideò tamen minus est arbitrium. Et si non per se validū vt prius in Adamo: meliúsque dixissent qui illud negant, facilius deceptioni obnoxium, potius quàm sublatum. Nam ratione peccati, & à lapsu prioris parentis, verum certè est quibusdā qualitatibus eum fuisse obtenebratum, & ea ratione non tale quale prius, & ideo infirmum, cùm non acumine præualeat iudicandi: verùm eadem est substātia eius quod nunc est post peccatum, ac prius, sed in executione electionis, infirma & debilis vis etiam post baptismum: non secus ac in homine, qui etsi à morbo soluatur & sanus sit & curatus; nihilominus tamen membra, quamuis functionem eādem, ac ante morbum habeant, non tamen eam vsque adeò

[c] 1. Cor c. 9. c. versi. 16.

habent

habent vt prius validam. Notanda namque sunt quatuor tempora in libero arbitrio, in quibus exequendi & operandi voluntas gradus accipit. primum fuit tempus ante peccatum, in quo ad bonum, hominē nihil impediebat, ad malum verò nihil impellebat: non enim habuit in illo statu homo infirmitatem ad mali declinationem: habuit autem adiutorium ad bonum agendum, nempe legem & prohibitionem Dei, & intellectum non obscuratum, vt tunc sine errore ratio dijudicare, & voluntas sine difficultate bonū appetere potuerit. Aliud tempus post lapsum & ante reparationē gratię deperditæ, cuius statu hominis arbitrium premebatur & vincebatur, à concupiscentia, & infirmitatem habebat in malum, sed non adiutorium ad bonum, scilicet gratiā: ægréque liberum arbitrium bonū exequebatur. Tertium tempus, post reparationem gratiæ, oblatione facta domini nostri Iesu Christi, & applicatione eius mortis per sanctum lauachrū regenerationis: in quo quidem statu arbitrium premitur & oppugnatur à concupiscentia, sed non expugnatur vel vincitur, nisi voluntate: habens quidem illam infirmitatem in malum, sed habens adiutorium auxilium ve eximium in bonum, nempe gratiam Dei. Sic habens libertatem

tatem vt possit peccare suadente infirmitate, quæ à peccati radice nobis relicta est, & non possit peccare saltem ad mortem propter auxilium gratiæ iuuans. Adhuc tamẽ homo libertatẽ vt non possit omnino peccare non recepit: eo quòd infirmitas quę à peccato à parente primo nobis inusta est, non planè sublata est, & si omnis morbus per sanctum baptisma à nobis fugatus sit, cùm nec etiam plenè fruamur & integrè restitutione, qua Christus nos sufficienter natalibus restituit & ingenuitati, quam habebat protopater Adam: oportet enim corpus hoc mortale induere immortalitatem, & corruptibile incorruptionẽ. Quod fieri nequaquam potest ordine iustitiæ Dei, nisi prius soluerimus debitũ & satisfecerimus sententiæ Dei, qua dictũ, Morte morieris f. *f* Gen. 2.
Et rursum, statutum est hominibus semel mori, postea namque quia dispositi erimus ad suscipiendam plenam gratiam nobis à Christi passione & gratia quæsitam, & tunc ab infirmitate peccandi liberabimur, quia & restituti erimus meliori paradiso, quàm quo fuerit Adam priuatus, & à terra hac peregrinationis, Dei beneficio restituemur statui innocentiæ & naturæ impeccabili: & hinc gratia consummata & bono assecuto, desinet illa infirmitas peccandi. Et per con-

ſequens omne peccatum, voluntate firmata ad bonum liberè agendum, & erit tunc æternum & ſine fine. Quartum tempus ſtatus libertatis arbitrij ad bonum tantũ, gratia, liberalitate, & beneficio Dei quem velit & dignetur nobis elargiri Deus. Interim tamen quandiu in hac mortali vita peregrinamur, eniti debemus omni ſtudio, ne liberi arbitrij electio ſiue ratio intercipiatur in nobis, & ne aurum pretioſum tenebris affectionum crapulæ, inuidiæ, odij, commodi proprij, & philautię caligine obſcuretur: caueatur præceps iudicium. Et vt omnia ſemel admoneam ſufficienter, ad Deum tanquam ad polare ſydus*, arcticum immobile, dirigãtur: omnia in illius voluntate, honore, & gloria veluti aurum in lapide Lydio probentur. nam quæ illi conſentiunt & placent, quæ illius authoritate fulciuntur, quæ ve ad illum vt finem, veluti ad ſummum bonum proſpiciunt, certè omnino ſequenda ſunt tanquam ab errore omni aliena: contraria fugienda, omittenda, & cauẽda. Accedit huic rationi poſtremus gradus, nempe mens vel intellectus, ex defæcatione vel purificatione cogitationum & rationis naſcens, incerta hæc nobis interdum, quia rationem contingit aberrare ab optima ſuppoſitione, & ſimiles per mores

duci,

duci, cùm tamen certa mens sit, vtraq; autẽ naturæ finis, vt scribit Aristoteles g, hæc mens, sicut corporearũ rerum notitias per sensus colligit corporis: sic incorporearum rerum per semetipsam, vt scribit D. Aug. h hanc Deus nobiscum nasci non voluit, sed adipiscendam proposuit. Nam quemadmodum Mercurius Trismeg. scribit i, ratiocinationem quidem vel rationẽ singulis hominibus Deus impartiuit, mentem verò nequaquam. Non quòd inuiderit, quibus nec vtique inuidet (liuor quippe ab eo non prouenit) sed quoniã voluit eam in medio, tanquam certamen præmiúmq; animarum proponere. Et Demosthenes k, mentẽ, quæ humanarum rerum moderatrix est, rectè sola philosophia erudiri & exerceri dicit, quia ab ea susscipit exercitia officij sui, quod versatur in dicendo & deliberando. Et quẽadmodum gradus inferiores intellectus, & mens illustrat, sic etiam & rationem: & quò magis ratio, illius habet lumen, eò certior: dictúmq; est illam gigni in animæ solo intellectu, ab Aristotele l, quia vt ait Epicharmus *νῶς ὁρᾶι καὶ νῶς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά*, id est, mens videt, mens audit, reliqua sunt surda cæcáque, vt scribit Theodoritus m. Et quamuis sensus quasdam facultates peculiares habere videantur, mens ta-

g lib. 7. polytic. c. 15.

h lib. 8. de trinita. c. 3.

i in Pimãdro serm. 4.

k in oratio. amato. si quidem ea Demosthenis est.

l li. 1. magno. mora. c. 1.

m lib. 1. de curat. Græca. affectio.

men prodeſt, ornat, & denique vincit, præſtat, imperat, ex ſentẽtia Plutarchi n. & Platonis o, mentẽ & ſapientiam puriſſima eſſe nomina dixit: & mentẽ vel eſſe veritatem, vel ſimilimam veritati. Atq; Anaxagoras, teſte eodem Platone p, voluit τὸ Δίκαιον, id eſt, iuſtũ eſſe, illam mentem dominam ſuapte natura, nec alicui mixtam, quæ omnia exornat & per omnia penetrat, quod & ſcribit Ariſtoteles q. Vocat & mẽtem Philo Iudæus r caput animæ, quod Ariſtot. s explicat, dum finem putat poſt ſcientiam: neque eam perfici quin ſcientia præcedat. Quò fit, inquit, quia iuuenes ſcientiam non habent, ſeruis illis mens contingat, & in ſenectute mens perficiatur. Eſt namque animi princeps, & quod eſt præſtantiſſimum & perfectius, vt Cicero annotauit t, & ideò ipſo eodem Cicerone teſte v philoſophi Peripatetici, & Academici, mentem volebant, eſſe rerum indicem, & ſolam cenſebant idoneam cui crederetur, quia ſola cerneret id quod ſemper eſſet ſimplex, & vnius modi, & tale quale eſſet: hãncque illi ideam appellabant, iam antè ita à Platone appellatam. Hanc & intellectum proprie dixerunt philoſophi, aut vim quæ poteſtatem formas ſuſcipiẽdi à materia habet, vt ſcribit Alexãder Aphrodi a. Itaque in hac deſinit hominis

n li. de fortu. vel de virtut. Alex.
o lib. 10. in philebo vel de sũmo bono
p lib. 23. in Cratylo vel de recta nomi. ratione.
q 1. de anima c. 2.
r li. de somniis tomo 2.
s problema. ſectio. 30. quæſt. 4.
t 5. de finibus.
v li. 1. aca. quæſt.
a lib. de anima c. de ; hantaſia.

nis facultas, éstque mens summitas scalæ quæ innixa terræ est, vbi corporalium apprehensiones, & gradus ex quibus cognitio ad cælum vsque conscendit, vel ad portam cæli quæ est mens: nam per eam cælestia inquirimus. Cuius scalæ cognitionis typus fuit scala à Iacobo visa b, per cuius gradus angeli Dei sunt ascendentes & descendentes, id est, nuntij operum Dei, & notiones. Capiti eius scalę, verè Deus innixus, ad quem cùm notio peruenerit, homò supra se diuino quodam furore rapitur. Est autem furor ille diuinus, illustratio animę, per quã Deus animam à superis delapsam ad infera, ab inferis ad supera retrahit, ídq; ordine graduum. Nam lapsus animæ ab ipso rerum omnium principio, per quattuor summatim gradus efficitur: per mentem, rationem, opinionem, & naturã, quos concludunt, superius ipsum vnum, inferius corpus. Per hæc descendit anima, per hæc & ascendit. Mens & multitudo quidem, sed stabilis & æterna: ratio, multitudo mobilis sed finita: opinio, multitudo mobilis infinita, sed substantia punctísque vnita, natura similiter, nisi quod per corporis puncta diffunditur. Corpus autem infinita multitudo subiecta motui, & substantia punctísque momentísque diuisa. Et ita ab illo vno, Deo

b Gen. 29.

nempe, descendit anima vsque ad infinita nobis numero: & rursum lumine diuino, ab infinitis & minimis ad vnum rursum ascēdit, mētis ductu, vt explicat Marsil. Ficin[9] [c]. Dixerunt & aliqui diuinitate mentis commoti, ex superabundantia maiestatis, fœcūditate mentem diuinam de se creasse hanc mentem, quæ νῶς vocatur: qua patrem inspicit similitudinem seruare authoris, animam verò de se creare posteriora respiciētem: hinc rationem & eam mentem ex sua natura præbere & sensuum & prehensionis seminarium. Et sic mētem vnam in omnibus partibus animæ, non secus ac idē vnúsque vultus, in pluribus speculis ordine dispositis, in quibus cùm omnia se continuis successionibus generant per ordinē, diuersis locis conspicitur. Atque si quis obseruet diligentius, cognoscet à summo Deo vsque ad vltimam rerum fæcem, vnam se mutuis vinclis religantem & nūquam interruptam connexionem esse. Hæcque est illa cathena Homerica aurea [d] de qua & scribit Macrobius [e]. Ea ratione forsan Cicero, Dei naturam communicat & menti, ex qua omnia in corpore & anima illustrentur [f]. Et mentem subdit, in capitē velut omnibus imperantem, sensibúsque, vt ministris, vtentem, esse positam. In hoc Aristoteli subscribens, dum

[c] in argumento ad 10. Platonis vel de furore poëtico.

[d] iliad. 8.

[e] lib. 1. in somnium Scip. c. 14.

[f] li. 1. tuscul. quæst.

dum ait g, Reſtat igitur, vt mens ſola extrinſecus accedat, eáque ſola diuina ſit: nihil enim cum ea communicat actio corporalis. Sic functiones mentis & intellectus, puræ ſunt & ſine corpore: & quemadmodū ſe habent ſenſibilia ad ſenſus, ita intelligibilia ad intellectum, vt ipſe Ariſto. annotauit alibi h, ídque cùm propriam functionem exercent. Nam alias illuminatione veritatis ad omnes extenditur gradus, & per illā docti ſolent ſemper altiora petere: mali verò inferorum ſpecus intimos, meditantes autem inter extremos, medij ſúſque déq; per ſcalam feruntur, vt ſcribit Philo Iudæus. i In hac nuſquam fundus: hæc, vt Deus mundi, parui mūdi domina. Deus in vtroque mundo. mens agitat molem & toto ſe corpore miſcet. Et mens diuina omnia regit, continet in omni parte, & nulli miſcetur, vt aliquo contineatur, ſic mens in ſuo paruo mundo, vbiq; & nullibi mixta & comprehenſa. Quorum & aliam præſtantiſſimam proportionē Porphyrius libello inſinuat: k dū ait, ὁ θεὸς πανταχοῦ ὅτι ὅλαμέ: καὶ ὁ νοῦς πανταχοῦ ὅτι ὅλαμέ: καὶ ἡ ψυχὴ πανταχοῦ ὅτι ὅλαμέ. ἀλλ' ὁ θεὸς μὲν πανταχοῦ καὶ ὅλαμέ τῶν μετ' αὐτὸν παντῶν. αὐτοῦ δὲ ἔστι μόνον ὡς ἔστι καὶ ἐθέλει. νοῦς δὲ ἐν θεῷ μὲν πανταχοῦ τε καὶ ὅλαμέ τῶν μετ' αὐτὸν, καὶ ψυχὴ ἐν νῷ τε καὶ θεῷ πανταχοῦ

g lib. 2. de nat. anima. c. 3.

h 3. de anima c. 4.

i li. de somniis.

k inſcripto τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν in fine.

ταχȣ̃ καὶ ȣ̓δαμȣ̃ ἐν σώματι: σῶμα δε καὶ εν ψυχῇ καὶ ἐν νῷ καὶ ἐν θεῷ καὶ ὡς πάντα τὰ ὄντα καὶ μὴ ὄντα ἔκ τȣ̃ θεȣ̃ καὶ ἐν θεῷ, καὶ ȣ̓κ ἀυτὸς τὰ ὄντα καὶ ȣ̓κ ὄντα, κὴ ἐν ἀυτοῖς. εἰ μὲν γὰρ μόνον ἦ πανταχȣ̃, ἀυτὸς ἂν ἦν τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν. ἐπεὶ δὲ κὴ ȣ̓δαμȣ̃ τὰ πάντα γίνεται δι' ἀυτȣ̃ κὴ εν ἀυτῷ ὅτι πανταχȣ̃ ἐκεῖνος. ἕτερα δὲ ἀυτȣ̃, ὅτι ἀυτὸς ȣ̓δαμȣ̃. ȣ̓τω καὶ νȣ̃ς πανταχȣ̃ ὢν κὴ ȣ̓δαμȣ̃, αἴτιος ψυχῶν καὶ τῶν μετ' αυτὰς κὴ ȣ̓κ ἀυτὸς ψυχὴ, ȣ̓τε μετὰ ψυχὴν, ȣ̓δὲ ἐν τȣ̓τοις: ὅτι ȣ̓κ ἦν μόνον πανταχȣ̃ τῶν μετ' ἀυτὸν, ἀλλὰ κὴ ȣ̓δαμȣ̃, καὶ ἡ ψυχὴ ȣ̓ σῶμα ȣ̓τε ἐν σώματι, ἀλλὰ αἰτία σώματος: ὅτι πανταχȣ̃ ȣ̓σα τȣ̃ σώματος, ἔστι ȣ̓δαμȣ̃. καὶ ἔστι γε ἡ πρόοδος τȣ̃ παντὸς, εἰς τὸ μήτε πανταχȣ̃ ἅμα: μήτε μηδαμȣ̃ εἶναι δυνάμενον, ἀλλὰ ἀνὰ μέρος ἑκατέρων μετέχον.

id est, Deus vbique est, quia nullibi esse intelligitur, mens vbique, quia nullibi esse intelligitur: & anima vbique, quia & nullibi esse intelligitur. Sed Deus quidem vbique & nullibi, eorum omnium quæ sunt post ipsum: nam ipsius solum est, vt sit vt voluerit. Mens quidem in Deo vbique est & nullibi, in his quæ sunt post ipsum. Et anima in mente & Deo vbique & nullibi in corpore. Corpus autem & in anima & in Deo & in mente: omnia namque cum entia tum non entia ex Deo sunt & in Deo, & tamen ipse non est existentia vel non existentia, nec in ipsis. Siquidem quia ipse est vbique, erit

vtique

ti que omnia & in omnibus: Postquã autẽ & nullibi est, omnia erunt per ipsum & in ipso, quia vbique ipse. diuersa autẽ ab ipso, quia ipse in nullo. Sic & mens vbique existit & nullibi, causa est animarum & animas sequentium, & tamen non ipsa anima, neq; post animam, neque in ipsis. Eó quod non solùm sit vbique eorũ quæ post ipsam scilicet, mentem, sed & nullibi. Et anima nec corpus nec in corpore, sed causa corporis, quoniam vbique in corpore existẽs alicubi non est. Et denique processus vniuersi in illud desinit, quod neque vbiq; simul neque nullibi esse valet, sed pro parte diuersorum participat. Hactenus Porphyrius, cui ex nostra familia alia quamplurima subnectere possem: verùm ista de mente dicta sufficiẽt pro explicatione gradus vltimi. Nam forsan de intellectu & de mente, dicemus alibi quæ desiderantur à curiosis, nempe qua in parte corporis mẽs vel pars animæ præcipua sit, item phãtasia & cogitatio, quæ nunc tractatio longè abesse ab instituto nostro videtur, nempe vbi de cognitionis gradu summo agimus. Illud tamen in summa non alienum erit annotare, quædam ex mediis inferioribus, nempe sensibus, mentem nosse: quædam etiam per se sine ijs, vt intellectualia. Vnde breuiter

colligo sensum maximè ab intellectu abesse,& errasse eos qui eadem existimarũt, nisi quod accidentaliter homini ob meliorem corporis dispositionem supra animalia adueniisse dicebant. De quibus D. Thomas [l], qui illud improbat quinque rationibus [m].

Primò, quia animalia certas actiones ex sensibus habeant, nullas tamen ex intellectu,ideo similia semper faciunt, vt semper eodem modo hirundo nidum.

Secundò,sensus cognitio est indiuiduorum potentia sensitiua recipiente formas indiuiduales:intellectus autẽ vniuersaliũ.

Tertiò, sensus cognitio tantùm extendit se ad corporalia, sine quibus nihil cognoscit: intellect⁹ incorporalia cognoscit, sicut sapiẽtiam, veritatem, relationes rerũ.

Quartò,nullus sensus cognoscit seipsum nec suam operationem: visus non videt seipsum,nec videt se videre: sed hoc superioris potentiæ est, vt probatur lib.2. de anima. Intellectus autem cognoscit seipsum & se intelligere.

Quintò,sensus corrumpitur ab excellentia sensibili: intellectus autem nõ corrumpitur ab intelligibili,quinimo qui intelligit maiora, potest postmodum minora intelligere. Hactenus D. Thomas. Igitur à Deo infusa

[l] in 4. dist. 44. q. 1 art. 1. quæst. 1.
[m] li. 2. cõtra gentil. cap. 66.

infusa vltra hanc mentem non progreditur natura humana. Verùm in hac vltima intelligētia, participat cum angelis creaturis intellectualibus, & cum ipso Deo. Vnde & mens vocata est puritas, & כתר catar, id est, corona numerationum vel sephirot, sic enim Abraham in lib. sephiroth putat, per illas in fallor numerationes. Et sephiroth nouem, perueniri ad decimam sephiroth, id est rerum authorem, dum scribit עשר ספירות בלי מה ולא ט: י ולא א: הבן בחכמה וחכם בבצה: בחון בהם וחקור מהם והעמד דבר על בוריז והשב יוצר מכונו: id est, decē sunt numerationes præter quid (id est sine re ipsa) decem & non nouem, decem & non vndecim. Intellige in sapientia & sape in intellectu: inuestiga in eis & proba in eis, & statue rem super puritates suas, & repone creatori locum suum. Et Rabi Isaac ben schola, in cōmentariis Theilim, siue Psalmorum, n interiorem hanc inquit proprietatem intelligentiæ, plures dixerunt, & qui enumerarūt proprietates, posuerunt tanquam principem sapientiū, & principium numeri omnis: hæc sapiētia est Deus, alij nominauerunt eam coronā, quòd singulæ proprietates coronentur ab illa, & illa à singulis: alij nominauerūt eam ain אין, quòd nullus sit qui eam imagi-

natione

n Super vsum psalmi. III. principiū sapiētiæ timor domini.

natione apprehendere possit:est namq; solo intellectu attingibilis. Et huc alludit quod dictum est מאין יבוא meain Iabo &c. vnde veniet auxilium meum à domino. meain siquidem,significare videtur quiddã incorporeum,abstractum,secretum, & intellig bile: & si fueris fortunatus in dictis meis, secreta montium altissimorum scies, quoniam hæc proprietas,est veluti lux,qua coronantur omnes aliæ proprietates in via lucis.Sic statuerũt certè sed abstrusè sapientes Iudæorum mekubalim siue Caballistæ, dicti Iudæis חכמי האמת sapiẽtes veritatis. Et vt abstrusiora illorum communicem, ij tres numerationes supremas,in nostro schemate tres gradus vltimi, iuncto numine Dei qui omnia fouet adnixus vt diximus est summitati scalæ, dixerunt tres luces,de quibus sic scribit רבי חאי גאון שלישה אורות הם : אור קדמון אור צח אור מצחצח ועים־כל־זה הכל אלוה אחד אין שם רבוי הלילה והם בראש הספירות id est, tres luces sunt: lux orientalis,lux clara,lux clarificata vel purificata. Et cum omnibus his & omnium Deus vnus.nec est ibi multiplicitas:absit enim hoc.Et hæ sunt in capite Sephiroth. Scio ego quoque quosdam Rabinorum potissimum neotericorum, mysterium etiam trium sephiroth postremorũ, retu-

retuliſſe ad ſanctiſſimam vnius diuinitatis trinitatem,& ad ſubſtantię vnitatem,ídque per quam optimè vt cum illis & ego ſentiam. Cæterùm & nobis idipſum conuenire non eſt ambigendum aliquo modo, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei à Deo facti ſumus,& in anima gerim⁹ ipſius prototypi trinitatis ſimilitudinẽ. Nam ſicuti in Geneſ.cap.1.ſuper verba בראשית ברא אלהים bereſcit bara elohim, per אלהים elohim intelligũt tres proprietates quas vocant מדות midoth,nempe patrem, filium & ſpiritum ſanctum: Sic in anima per imaginem אלהים iutelligunt memoriam, intelligentiam,& voluntatem. vt & authores etiã noſtri.Sed & legimus in vaïkra rabba, ſuper cap.4.Leuit.& in midras tehilim ita: רבונן אמרי מה הנפש ממלאה את אגוף כן הקדוש ברוך־הוא סובל את העולם: מה נפש יחידה בגוף כן הקדוש ברוך הוא יחיה בעולם: ומה הנפש אוכלה ואינה שותה כן הקדוש ברוך הוא אינו אוכל ואינו שותה: ומה הנפש טהורה בגוף כן הקברה שהוא למעלה מעולם: מה הנפש רואה ואינה נראית כן הקברה רואה ואינו נראה: אמר דויד טבא הנפש שיש בה כל המידות הללו ותהלל להקבה שיש בו כל המידות הללו id eſt, magiſtri dixerunt, Quemadmodum anima replet corpus, ita Deus ſanctus benedi-

nedictus ipse, replet & sustinet mundum. Sicut anima vnica in corpore, sic sanctus benedictus ille, vnicus in mundo. Et sicut anima non comedit nec bibit, sic nec Deus benedictus ipse non manducat nec bibit. Et sicut anima ponitur pura in corpore, sic Deus qui est ipse æternitas, & sicut anima videt & ipsa non videtur, videt & Deus & non videtur. Dixit ergo Dauid, accedat anima mea in qua sunt omnes proprietates, & laudabo Deum sanctum, benedictus ille, & vos quæ estis in anima prōprietates, laudate eū. Hactenus Rabini ibi. Sed & alibi, illas tres proprietates Dei & animæ latius explicant. Verumtamen oculis hominum subiici posse vel planè cognosci quæ & quales sunt, negarūt. Sic enim scribit Rabi Mosce B ban iodeh בפרוש פרשת כיתישת ופרשא הגי קישוליאה id est, in interpretatione capitis citissa, siue plagarum, & capitis ge kitiliah, siue vallis occisionis הג ספירות העליונות עין לא ראתה ועים-וה אין שם הברל וקיצוץ חלילה id est, has tres numerationes supremas oculus non vidit, nō tamē ideo in his est dissensio vel defectus, id enim dicere abominamur. Nolo etiā hac in parte suspendere ingenia optima lectorum, quin ex eorundem Rabinorum & Caballistarum fontibus, illis non communicē

nomina

nomina quæ illis tribus ſuperioribus ſephiroth ſiue numerationibus, impoſuerũt. illa autem habẽtur in libro הזהר hazzohar de illuminatione vel ſplendore, quẽ ſcripſit Simeon Beniohai.

א	אין סוף הראשונה בלי התחלה ור אשית אב הנק ראת:	
ב	חכמה והשנית הנקראת אצל המק בלים חכמה שבה נברא העולם: שנ משלי ג יהוה בחכם יסד ארץ ונקראת ראשית שנ בראשית א בראשית ברא אלהים ער כן תרגן יונתן בחכמת ברא יהוה נקראת אצל הנוצרים רבר יהוה והכל אחד שהרי כתוב בדבר יהוה שמים נעשו:	הספירה היא scribit & hęc Ludouicus Carretus Iudæus in ספר מראות אלהים in lib. viſionũ diuinarum.
ג	בינה והשלישית הנקראת אצל המקבלים נקראת אצל הנוצרים רוח קדוש כי הוא יהב מנדעא לידעי בינה ככתוב ויהי ככח עליהם הרוח ויתנבאו:	

Cuius

Cuius tabulæ hæc explicatio.

1. en soph. sine finito & termino

Sephira prima. sine aliqua insimulatione doloris vel infirmitatis: & principio pater dicitur.

2. hocma siue sapientia.

Secunda dicta apud Cabalistas hocma sapientia, quia in ea creatus est mundus, vt scriptum est in Prouerb. c. 3. Dominus in sapientia fundauit terram. Dicitur & principium, quia scriptum est Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. ideo id vertit Ionatas, in sapientia creauit dominus. vocatur apud Christianos verbũ Dei, quod idem est, quoniã scribitur, Verbo domini cœli facti sunt.

Trium Sephiroth superiorum Sephira.

3. Binah. id. intelligẽtia.

Tertia quæ à Caballistis vocatur Binah. 1. intelligentia vocatur à Christianis spiritus sanctus. Quoniam ipse dat scientiã cognoscentibus intelligentiam, vt scriptũ est: Et factum est, simul acquieuit super eos spiritus, & prophetarunt.

His

His alia addere secretiora possemus, de Enieph, de iethon, de Phta & amon, quæ Iamblichus ponit ex schola Ægyptiorum & Chaldæorum [a]. Sed locus nos admonet, vt finem huic libro imponamus, si primùm de his quæ non exigunt ratiocinationem in docendo vel cognitione, regulas quattuor annotemus ex Rabino haben Tybbon in libro qui inscribitur רוח חחן Rouach achen, siue spiritus gratiæ, & ex aliis.

[a] li. de mysteriis Aegypt.

Quarum prima, sensibus subiecta & supposita, alia demonstratione quàm sensuum comprehẽsione non egent. Nam quòd nix sit alba, gelu frigidum, ignis calidus, & similia, sensibus tantùm sufficienter cognoscuntur. Quod autem circa eorum naturam disputatur: alterius est controuersię: vt quare album, quare nigrum, frigidum, & illud calidum, hæc enim intellectu, non sensibus comprehenduntur.

Secũda regula, manifesta, superfluè probatione onerantur, nisi alterius rei causa probentur. Exempli causa sit, non occidere, non furtum facere, non rapere, iam manifestè sine alia probatione inter homines iusta censentur, contraria iniusta. Et imperator Gordianus etiam solemnitatem probationis quæ fit in accusatione, in notoriis remittit, nec exigi statuit, & solùm controuerti num notorium sit [b]. Nec in manifestus

[b] in l. ea quidẽ l. 7. de accusation. lib. 9. Cod. tit. 2.

festis testes requiruntur [c]. Manifestum enim dicitur, quod per se apparet, & potest facilè probari: sed tamẽ id fieret superfluè. Nam quicquid rei adiicitur satis demonstratæ, frustra est, vt notat Vlpia. [d] Et non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit qui non ignorauit, vt idem Vlp. tradit. [e] Quin & illud verum est, iniuria eum affici, cui negatur id quod euidentissimum est. Sic & datur actio iniuriarum in eo qui fideiussorem negat locupletem eum, qui euidentissimè talis est, & approbatur huiusmodi, vt scribit Caius iurisc. [f] Si tamen illorum rationes proferantur, alterius fit causa nempe ratione pœnæ, rationéq; circũstantiarum, quæ inueniuntur & concurrunt in commissis aduersus hæc decreta, vel alterius rei gratia, huius generis possunt esse quæ naturalis iuris sunt.

Tertia, à maioribus tradita & recepta à nepotibus, non egent probatione: quia ea innitũtur cognitioni maiorum, apud quos summa & diligenti inquisitione iam determinata fuerunt. Et credẽdum potius quàm disputandum singulis: ne dum quisq; fisus proprio ingenio, dúmve veritatem debilibus rationibus suffulcire tentat, in negationem veritatis turpiter prolabatur. Et hac in parte, intelligentia ex facultate in actum non egreditur. Sic credebant Synagogæ Iudæi,

[c] in cano. manifesta, & cano. de manifesta causa 2. q. 1. in decreto.

[d] in l. 1. §. fin. de dot. pręle. lib. 33. ff. tit. 4.

[e] in l. 1. §. fin. de act. empt. & vend. li. 19. ff. tit. 1.

[f] in l. si verò pro nõ condẽnato l. 5. §. qui pro reiqua litate qui satisd. cogn. li. 2. ff. tit. 8.

dæi, & Eccleſiæ Chriſtiani credunt. De fide namque ita ſimpliciter credendum eſt: imbecillia namque ſunt hominum ingenia, ad reddendam rationem operum & præceptorum Dei. Nec poteſt quis prius intelligere quàm crediderit: niſi enim crediderit is, inqui Ieſaias g, non intelligetis, & Dauid h, Credidi propter quod locutus ſum. & Dauid alibi expreſſius i אורה ה בכל לב בסוד ישרים ועדה Confitebor domino in toto corde meo, in ſecreto rectorum & congregatione. Et D. Cyprianus k ſcribit, ſublimes materias, ſublimium ingeniorum exigere tractatores, cùm nec facile de artibus iudicet, qui artes ignorat: ideo inquit tam in diuinis quàm in philoſophorum doctrinis, nec tutum eſt nec honeſtum ineruditos ſenſuum ad literas illas pertinentium, proſilire ad diſcuſſionem eorum quæ neſciũt, & de his ſibi vſurpare magiſteriũ quæ ignorant. Poteſt itaque facilè homo in abditarũ cauſarum inſpectionibus & ſecretis naturæ errare & decipi: quia non per omnia à fine vſque ad finem intellectus humanus attingit. Scribit & D. Dionyſius Areopagita l, Nullus mihi imperfectus in contemplatione veniat. Etenim non ſolares fulgores infirmis pupillis intueri nõ periculoſum, nec his quæ ſupra nos ſunt audere innocuum. Siquidem vera eſt iuxta legem hierarchia,

g c. 1. a.
h Pſal. 115.
i Pſal. 111.
k in prolo go. ſermo. poſteriorum.
l li. de eccleſiaſt. hierar. c. 2.

Oziam quidem punitum, quia sacra tractanit subuertens : Chore verò, quia supra se sacris : Nadab & Abiud, quia profanè propriis abusi sunt. Sed apertius & rationem afferens idem præstantissimus vir scribit [m], Nulla ratione audendum est, inquit, aliquid de occulta deitate, quæ est superior quàm essentia, dicere vel cogitare, præter ea quæ nobis sacra eloquia diuinitus aperuerunt. Et sicut nec sensibus intelligibilia comprehendi spectaríve possunt, neq; factis figuratísve simplicia & infigurata, neque per corporum figuras formales, informitas ipsa incorporeorum refugiens tactum, figuráq; carens : eadem ratione ipsa supereſſentialis infinitas, omnes essentias antecellit. Ipsa quoque vnitas, intellectus superior, omnes intellectus antecedit : ipsum deniq; vnum cogitatione præstantius, nullis cogitationibus potest excogitari : atque bonum excelsius omni verbo, verbis est ineffabile. Deinceps, si omnes inquit cognitiones tum entium sunt, tum etiam in entia desinunt, consequens est vt qui omni essentia superior est, sit ab omni cognitione semotus. Diuus etiam Athanasius [n] ait, non dari cõsequi res magnas atque difficiles, nisi fide. Et Galenus [o] scribit etsi non Christianus, tamen testimonio antiquitatis memorabili, prohibitum in lege Mosi & Christiana

[m] li. de diuin. nominib. c. 1.

[n] lib. de incarnatione verbi.

[o] tomo 4. li. 1. de differẽt pulsuum.

de ea

de ea disputare, his verbis, quàm in Christi & Mosis scholam impingat leges audiat nulla constitutas demonstratione, idq; minime deceat. Et rursum alibi p illius verba, Citius igitur Moysi assectæ & Christi decedant de sua disciplina, quàm qui sectis sunt additi & consecrati, medici & philosophi. Meminit & Rabi Mosse ben Meimon in epistola de astrologia ad Iudæos Massilię, de tribus superioribus regulis, cuius verba Hebræa Latinè sic accipe, In primis igitur mi domini, scitote hæc tria tantùm homini esse credenda, neque quicquã præterea. Primum id quod certam habet & euidentẽ probationem humana sua ratione & scientia sua inuestigatam: velut ratio numerandi, geometria, & reuolutiones. Alterum id quod homo deprehendit vno quinque sensuum, veluti quia visu hoc rubrum, illud nigrum, gustu hoc dulce, illud amarum: tactu hoc calidum, illud frigidum, & sic de reliquis sensibus. Tertium & postremũ id quod acceptum à Prophætis piæ memoriæ, & à iustis. Porrò quod ad vltimum attinet, apud Hebræos liber dictus ספר כוזרי liber cozræ, vbi de creatione traditur, in eo החמישי במאמר id est, sermone 5. in principio, id, inquit, quod à maioribus traditum acceptúmque est, non bonum est, nisi cum bono & sincero corde coniunctum. & requiri-

p lib. 3. de differẽtiis pulsuum.

tur cognitio & traditio. facit pro vltimo Martianus Cæsar [a]. Sed de fidei simplicitate & intellectu alibi plura dicemus Deo fauente, & docebimus omnia aliqua præcedēte fide veluti quodam principio immobili, sine alia inquisitione firmari. Interim de rebus iam perceptis & ad intellectum vsque venientibus, nullam fieri intelligenti demonstrationem sui causa vel probationem teneamus: nam verum id non esset, nec intellectum, sed opinione plenum. Alterius tamen ignorantis causa, quem ad agnitionem veritatis ducimus, per rationes veluti per itinera certa, ad ipsum verum & intelligentiam trahimus.

a l. nemo l. 4. C. de sū. trinit. li. 1. C. tit. 4.

Quarta regula, Subiecta priora quibus verum vel falsum cōuenit, non autem malum vel bonum, non egent ratiocinationis probatione. Huiusmodi sunt demonstrationes vniuersales & mathematicæ: sicuti illud quod duo contraria in vno eodémq; subiecto esse non possunt, verum esse per se patet contrarium falsum. Et verum, totū maius esse sua parte: omnibus enim natura tribuit dignoscendi & distinguendi facultatem. Sub hac etiam regula continentur subiecta rationi & intelligentiæ, vt propositiones scientiarum & artium demonstratiuarum. Principia namque cuiusque artis inquantum sunt illius artis principia, indubitata

tata & conceſſa ſunt: Et eorum principiorũ vel propoſitionum ex duobus vel tribus indubitatis principiis accommoda collectio, habet intelligẽtiam poſſeſſiuam, hoc eſt iam præcedentem aliundè notionẽ, antequam ad artem illam cuius ſint principia, accedat. Principia namque artis, vt ait Galenus b, aut in ſenſus notis, aut in his quæ ex aliis percipiuntur, aut in his quæ pręoſtenſa fuere, aut in manifeſtis intellectui conſiſtunt. At ordo de quo iam antè dictũ, viam ſternit facile ad memoriam eorũ quæ dicta factáve ſunt: Cùm enim repetere ſingula per ordinẽ cœperis, vbi aliquid deeſt, ſtatim ſenſus inquirit, & cùm inuenerit ſeruat, aut ſi inueſtigare non poterit, ſtatim à magiſtro requirit, vt ait D. Clemens c. Et mens, vt ait Cicero d, alia viſa ſic arripit vt non ſtatim vtatur, aliqua ſic recondit, ex quibus memoria oritur, & rurſum paulò poſt, e Nos meminiſſe niſi cõprehenſa non poſſe, ait. vnde & Plato nos reminiſci non diſcere, ac ſi ſcientias notas ante vnionem corporis & animæ haberemus, quod & refert & refellit Cicero f, & Alex. Aphrodiſ. g quorum rationes prætermitto, verumtamẽ eſt, eam memoriam præteritorum eſſe tantùm, non pręſentium, in quibus ſentire, ſcire vel intelligere eſt, nec futurorũ, de quibus dicitur opinio vel ſpes tantùm, vt ait

b in Iſagogicis li. de optima ſecta ad Thraſib.

c li. 3. recognitionũ.

d li. 4. academ. quæſt.

e eo. libro.

f li. 3. tuſcul. quæſt.

g Problem. 121.

Aristoteles h. Quo fit vt memoria circa Deum, vel ens, vel intellectum ponenda nō sit. Nihil enim ei eorum accidit. Neq; tempus circa ens est, sed æuum: neque prius vel posterius, sed est semper vti se habet permanens in eodem, nullam admittens mutationem vel Plotino autore i. Memoria itaque veluti sphæra ambiens reliquos gradus cognoscendi, constituenda est: ne perperam quæ quis didicerit, effluant, & vt ea, veluti anchora, figantur, ne fluctibus obliuionis elidantur. Est enim memoriæ ea natura & vis, vt innuit Phromtus k, dum ait, Μνημοσύνη ἡ τῶ σωτηρίαν τὰ γεγονότα αἰτία, memoria est qua colligere possumus ea quæ facta sunt. Nec aliud illa est quàm collectio: & vt Plato ait l, sensuum & intellectus salus & conseruatio: vtque Cicero m, thesaurus omnium studiorum. Quod & subscribit Tertullianus n. Atque Plutar. o Disciplinæ quasi quandam cellam penariam dixit, vnde traditum Mnemosynem, id est, memoriam esse matrem Musarum. Quanquā nouerim Plotinum dixisse p, memoriam non esse formarum impressarum custodiam, sed facultatem animæ quandam ita seipsam excitantis, vt & quod non habet habeat, quādo fit egressio potentiæ in actum. quod & ego quoque verum puto, sed & illam potentiam animæ prius non cōcepisse recordata,

b libellode memor.
i li. 3. ennea dis 4.
k iib. qui θεωρίαι περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως de natura suorū deorū
c. περὶ τῶν παραλελοιδορημένων μύθων de antetraditis fabulis.
l in phile.
m 1. de oratore.
n li. de anima.
o lib. de liber. educa.
p ænnead. 3 lib. 6. dum agit de impossibilitate incorporeorū ca. 1.

data, non possum mihi persuadere. Non enim potuit excitari quod nunquam fuit, non secus quàm memoria esse non potest, nisi eorum quæ pręuisa & præcognita fuerunt. Et ideo rectè post mẽtem ponitur. Sicut in intellectu nulla est contrariorum vel dubiorum agitatio: sic memoria ostendit prorsus quod in anima non est agitatio, sed quies stabilísque permansio. Quod docet Plato q à nomine μνήμη, id est, memoria, tracto argumento vt ea sit quasi μονὴ quies statióve. Et vt apertius me explicem, memoria similis est cellario vel loco capaci, in quem inuehuntur vel merces vel aliæ res quælibet, conseruationis vel depositi gratia, & sicuti non omnia horrea, non omnia loca vbi res deponuntur, eiusdem sunt firmitatis, non ęquè contra latronum iniurias & vim externam vallata, non circunsepta: Sic neque omnes hominum memoriæ, æqualis sunt roboris, sed aliæ aliis sunt firmiores & meliores, & perfluere aliquæ facilè quæ receperant patiuntur, aliæ tenaciter retinent, aliæ've externis expugnantur vel iuuantur. Idcirco non eorum memoria est animalibus, quæ in memoria hominum esse possunt, cùm locus ille memoriæ animalium, non sit eius qualitatis, capacitatis, & substantiæ in illi, cuius est memoria hominis in homine. Quippe tria potissima in

q In Cratylo.

eo sunt, memoria, consilium, voluntas. In memoria, hominis pecudísque confinium: nam & nidos ciconiæ & hyrundines post annum reuisunt, & equi stabula repetunt, & canes dominos recognoscunt. Sed quoniã animæ sensitiuæ belluarum, etsi imagines locorum naturaliter retinent, ipsius tamen substantiæ suæ scientiam non habent, & in recordatione corporalium rerum quas per corporis sensus hauserunt, necessariò remanent, & ratiocinandi non habentes oculum, non dicam supra se aliquid, sed se ipsas videre non possunt, vt tractat Claudia. Mamertus r. addit Aristoteles s postquam ex sensibus cognitionem fieri dixit, potissimũ ex visu qui nos cognoscere quicquam facit, multásque differentias manifestat, subiungit, natura itaque animalia sensum habentia fiunt, à sensu verò quibusdã eorũ nõ innascitur memoria, quibusdam verò innascitur: Et ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt quã illa quæ memorare non possunt. Discunt autem quæcunque vna cum memoria, quæcunq; scilicet audiunt. Cætera phantasiis & memoriis viuunt, experientia verò parum participãt: humanum autem genus arte etiam ac ratiocinationibus. Fit autem experientia ex memoria hominibus, quæ põtius reminiscentia est, quando scilicet ex initio præcedente,

r lib. 1. de sta. animæ. cap. 21.

s 1. metaphysic. in initio.

dente, id rursus colligit cuius primùm vel scientiam vel sensum hauserit, vel id quod fuerit repetit, cuius habitũ dici reminiscentiam testatur Aristoteles t, syllogisat reminiscens homo. Animalia autem vt idem ait Aristoteles v, qua animæ parte sentire solent, eadem & recordantur. Et memoria se habet in homine, sicut intellectus simpliciter apprehendens: reminiscẽtia autem, sicut intellectus discurrens. Et propterea sicut in homine non sunt duæ potentiæ distinctæ, intellectus & ratio, (quod pertinet vt ego intelligo ad substantiã animæ, in aliis namque ratione ordinis distinximus) sic nec memoria & reminiscentia, vt tradit Chrisostomus, Iauellus Canapitius x, & Plato y, Quoties, inquit, quæ cum corpore passa est aliquando anima, eadẽ sine corpore in seipso resumens animaduertit, tunc meminisse eã asserimus: Quando autem memoriæ passa iacturam, deinde vel sensu vel disciplina mouente eam iterum reuocat in se ipsa, reminisci putatur: atque hæc iam memoriam reminiscentiámque vocamus. Sic Galenus vel alius eius nomine z, Memoria, inquit, est retentio conseruatióq; in anima earum rerum quas anteà obseruauimus: vel memoria, est præteriti comprehensio, cuius præsens fuit ex sensu perceptum. Recordatio est cùm præter cætera, spatio multo tẽporis

t li. de memoria & reminisc.

v eod. lib. de memoria.

x tractatu 2. de reminiscen. c. 1.

y lib. 10. in Philebo vel de summo bono.

z in finitionib. medicis.

poris interueniente, rursum cogitatio oritur adeo, vt quæ prius animum mouêre, ad memoriam reuocentur. Docétq; deinceps, situs & veluti loci sedes memoriæ, eius cõsiderationem postremam esse, quòd ea organum suum habere dicatur, ab Auerroë, Auicenna, Alberto Magno, & D. Thoma, in posteriore parte cerebri. Quod & ita oportuit fieri: non enim potuit cõstitui in parte anteriori, vbi sensus est communis, quia nimium mollis ea pars est, vt reciperet probè ita constituta. Memoria quippe cùm sit cõseruatrix, requirit durum & siccum. Quamobrem sicuti læsa anteriore parte cerebri, vel eius cõplexione, læditur sensus & imaginatio, & remanet cogitatio & rememoratio: Et cùm medium fuerit læsum, læditur & cogitatio: sic posteriore læsa, læditur memoria, vt inde colligere liceat memoriã ibi organum habere. vt tractat Galenus, libro vno [a], & latius alibi [b], vbi & cognatum officium cum corde mirificè explicat habere memoriã. Ideo & nos naturæ ordinem sequuti, ad calcem graduũ reiiciemus, eámq; summopere in discipulis istius artis desideramus. Iuuamus autem permaximè dispositis quibusdam veluti alphabetis, & tabulis rerum omnium, de quibus posteà latiùs. Oportet tamen & illos cooperatores esse, & hanc memoriæ vim adhuc sibi aliunde conseruare,

[a] de symptoma. differen. ca. 3.
[b] lib. 3. de locis affectis cap. 4.

conſeruare, intrinſecus & extrinſecus: cùm cerebrũ & loci illius vbi reſidet pars, quamplurimis mutationibus obnoxia ſit, & ſubſtantia cerebri non omnibus æque temperata, neque paris conditionis, non mentis idem acumen, non eadem promptitudo. Vt pone, inquit Plato [c], exempli cauſa, cereã vnam in animis noſtris effigiẽ, in hoc maiorem, minorẽ in illo, in hoc purioris ceræ, ſordidioris durioríſve in alio, in quibuſdã mollioris, in aliquibus temperatæ: in hac ſi quicquid eorum quæ aut videmus, aut audimus, aut ipſi excogitamus meminiſſe cupimus, inſinuantes ipſa ſenſibus intelligentiíſve, veluti annulis ſignãtes exprimimus, quódque ſignatum fuerit meminimus nos, & ſcimus quoad figura permanet: & cùm aboletur vel inſcribi nequit, obliuiſcimur atque neſcimus. In primis itaque vt bene organum vt cera ad ſigilli impreſſionẽ bene diſponatur, operepretium eſt: eſtq; neceſſaria moderata ſiccitas, vt bene conſeruentur impreſſa & recondita. Quamobrem quæ moderatam ſiccitatem impediũt, officiunt etiam memoriæ: ſiue ad nimiam trahant ſiccitatem, ſiue ad ſuperfluentem humiditatem. Nec memoria his, inquit Ariſtoteles [d], qui multo agitantur motu ex morbo aliquo, aut ex longa ætate, vt ſi motus & ſignum in aqua fiat, quæ præcipiti curſu

[c] In Theæteto vel de ſcientia.

[d] li. de memor.

cursu deferatur. Item in frigenti ætate, nulla vel debilis, perinde ac in annoso ędificio, & ob duriciem ob recipiendam affectionē ineptam, nulla imago effingi potest. Et ob eam rem qui adolescunt, quique ad summam senectutem peruenerunt, memoria acri non sunt: alteri propter auctionem, alteri propter diminutionem. Qui etiam animi celeritate, & qui tardo ingenio sunt, fluxam æquè obtinent memoriam: illi enim magis hument quàm res ferat, hi magis sicci sunt: vnde alteris imagines in anima non asseruantur, alteris non adhærent. Similia ferè explanat Plato e, dum ait, quòd mollis nimium cera, celeres quidem ad percipiēdum efficit, sed eosdem obliuiosos. Dura contrà, diu memores, sed ineptos tardósq; ad percipiēdum. Et qui densam, obscuram, lapideámque, luteam vel fæculentam habent, obscura quoque simulachra continēt: obscuram quoque, qui duram: profunditas enim abest. obscuram prætereà qui molliorem. nam ex confusione facilè euanescunt. Vnde tales homines, vt etiam propter angustiam animæ homines, ad opinionem falsam fiunt proni. Nam cùm quid vident, aut audiunt, aut cogitant, quia singula singulis mox reddere nequeunt, tardi sunt, præuaricantúrque, aliud pro alio sæpe cogitando concipientes: & ij falsi, mentiētes, ignari

e In Theæteto.

ignari vocantur. Hęc Plato. Paucitas itaque dormitionis officit memoriæ, quoniam nõ purgatur caput ſuperabundanti humiditate. Officiunt & cibi vapores emittentes, legumina, caules, vinum forte, niſi moderatè ſumatur. Nam & ebrij ob fumos multum caput humectantes, immemores. Itẽ nimia ſuperueniens frigiditas, quæ nimium denſat & indurat prohibétque impreſſionem. Sunt & his ſimilia quæ venari ex medicorum libris poterit, & eorum ſcriptis qui de memoria proprios ediderunt libellos. Ex parte demum ipſius memoriæ, exigimus impreſſionẽ fieri, vt in vera ſigillum optimè imprimi, in marmore profundè inſculpi oportet. Nam ſi bene inſculpta ſint ſimulachra, ea facilè non commutantur, nec in electione, diſtinctione & cognitione impreſſorum decipitur animus. Quamobrem potiſſima pars præſtantis memoriæ, ſimulachra rerum memoratarum, vel notas certas intra ſe imprimere. Quod maximè conſequimur frequẽti rerum apprehenſarum meditatione, alioquin vel perit vel obſcuratur, fitque contumax cùm motui non cõſueſcat: non ſecus ac aquæ ſtagnantes, ſitũ contrahunt: metalla, rubiginem & ſcoriã: ignis, cineres: incultus ager, inutiles herbas: lapis muſcum. Et ita Plutar. f memoriam exercendam & conſueſcendam eſſe edocet

f lib. de liberis educan.

in

in vtramque partem, siue natura simus memores, siue contrà obliuiosi. Naturæ siquidem abundantiam ita corroborabimus: defectum verò, supplebimus. Sequendúmque hac in re consilium Hesiodi, dum ait:

Paruula si tentes superadieciſſe pusillis,
Idque frequens peragas, magnus cumulatur aceruus.

Et quod alius:

Sumpta parum prodest quę mox emittitur esca,
Bos quibus est pastus ruminat hæc eadem.

g li. de beneficiis.

Et Seneca g, memoriam nihil amittere, præter ea quæ sæpe non respicit, tradit. Huius iuuandæ causa sunt inuentæ literæ & scripturæ, vt dicunt Iurisconsulti h. Multarum etiam imaginum vmbratiles dispositiones, de quib⁹, & si obscurè, tractat i Cicero, arcana cuius & aliorum quę ad nos peruenerunt, reuelare adhuc tẽpus non est. Sed hic figatur anchora primæ nauigationis, & gratias Deo immortali inuisibili votaque precum exoluamus, qui nos sua immensa bonitate, & si tantis acceptis beneficiis ingratos, incolumes atque inter scopulos saluos ad finem perduxit. Ipsi, itaq; qui in trinitate perfecta viuit in æterna seculorum infinita secula, omnis honor & gloria. Amen.

h l. contra hitur de pigno.

i In Rhetoricis.

FINIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM, inquo prior numerus caput, alter paginam, ultimus librum, a litera Syntaxes denotat. In Cõmentarijs autem, prior numerus caput, reliqui paginã, b uerò ipſa Commentaria ſignificat.

A

ACcidentia nouem. cap. 1. pag. 117. lib. 5. a

Accidens quid. 4.8.1.a

Accidens diſtinguit vniuerſaliter. 14.37.2.a

Accidens quatuor modis dicitur. 14.37.2.a

Accidentia verſibus duobus expreſſa. 1.118.5.a

Accidentis axioma. 5. 13.1.a

Accidentis axiomata. 14. 38.2.a

Accidens quomodo in alio eſt. 5.11.1.a

Accidentium diuiſio. 5. 12.1.a

Actio quid, & de ea. 4. 126.5.a

Actionis & paſſionis axiomata. 5.132.5.a

Actionũ diuiſio. c.4.126. 127.128.129.lib.5.a

Actum vel potentiam omnia reſpiciunt. 4.45.b

Admonitio eorũ qui magicis ſibi cõciliare putãt vt familiares, malos ſpiritus. 12.205.& ſeq.b

Aeſtimatio eſt iudiciũ inferius. 2.4.1.a

Agẽdi & patiendi media. 5.131.5.a

Altiora ne quęſieris, quomodo intelligatur. 1.25. b.

Angeli præceptores Patriarcharũ, & cuius nominis. 12.195.196.b

Angeli qui apparuerũt docẽtes. 12.196.& ſeq. b

Angelorum diuiſio. 1. 170.7.a

Angelorum bonorũ officia. 2.174.7.a
Angelorũ malorũ vel dęmonũ ſynonyma. 3. 175.7.a
Angelorũ hierarchia vel ordo ſecundũ Hebræos & Chriſtianos. 1.pa.171. 172.173. lib.7. a
Angelorum bonorum ſynonyma. 1.171.7.a
Angelorum loquẽdi modus. 12.199.& ſeq.b
Anima quomodo ſana & morbida. 5.94. 95.b
Anima recipit ſemina doctrinę velut ager. 5.92. 93.b
Anima & ſine corpore & cum corpore operatur. 12.161.162.b
Animalia ſingula quandã habent à natura cognitionem. 5.53.ad 58.b
Animalia aliqua eſſe docibilia alia minimè. 5.64. 65.b
Animus noſter ſimile tetrachordo. 15.263.b
Animus purus & à viciis impollutus facilius diſcit. 5.74.b
Animus hominis diuinus. 5.74.b
Antonj Caracallæ conſcięntię agitatio. 10.140.b
D. Antoni⁹ heremita prophetia clarus. 5.80.b
Appetit⁹ quid. 6.105.4.a
Appetitus axiomata. 6. 107.4.a
Appetitus rationalis, volũtas dicitur. 6.105.4.a.
Appetitum referentia. 6. 106.4.a
Appetitus diuiſio. 6.105. 4.a
Appetitus irrationalis ſpecies. 6.105.4.a
De quæſtione à quo. 18. 44.2.a
Arbitrium liberum in qua parte animę, & de eo ibi. 15.a pag.265.ad 267.b
In libero arbitrio cõſideranda quatuor tempora. 15.272.b
Arboris boni & mali prohibitio quomodo intelligenda. 5.84.b

S.Mi

S.Michaëlis Archangeli apparitio. 12.197.b
Argumẽta à finitione vnde petita. 7.27.2.a
Ars longa vita breuis. 3. 41.b
Ars noſtra quid. 1.28.b
Ars noſtra ab arte dicendi differt. 7.116.117.b
Ars noſtra ſcientiarũ cõtinet encyclopędiã.3.43.b
Ars noſtra quorum polliceatur cognitionem. 1. 24.& 25.b
Hebræorum ars huic noſtræ affinis. 7.119.b
Per artẽ noſtrã quidã intra tempus ſemeſtre eua ſerunt docti. 7.119.b
Artẽ eſſe ad omnia cognoſcẽda, aliquibus impoſſibile quare videat. 1.15.b
Artes & ſcientiæ aliæ aliis ſupponuntur. 2.40.b
Artificia quędã, ſingula animalia excepto homine à natura accipiunt, 15. 257.b
Artis noſtræ & eius neceſſitatis rationes. 8.120.b
Artibus ſingulis propriũ ſubiectũ vt finis. 2.39.b
Artis noſtræ & literarum ſimilitudo. 7.114.b
Artis noſtrę primi delinea tores & inuentores. 7. 115.116.b
Artis noſtrę ſcop⁹. 2.37.b
Artis cuiuſque propriũ recta cum ratione dicere vel facere. 2.37.b
Aues voces & idioma linguarũ imitantes. 5.65.b
Axioma exiſtentiæ. 7.29. 2.a
Axiomata materiæ ex qua aliquid. 17.43.2.a
Axiomata de Theologia. 7.167.6.a
Axiomata quæſtionis à quo. 18.44.2.a

B

circa Boni & mali electionem axiomata. 1. 76.4.a
Bonitatem vel eius contraria referentia. 1.pa. 73.& 74.lib.4.a
Bonitas quid 1.71.4.a
Bonitatis axiomata.1.75.

4.a
Bonorum diuisio. 1.71. & 72.4.a
Bonorum gradus tres. 1. 73.4.a
Bonus coniectator bonus vates est. 12.205.b

C

CAnis Aesopici decepti per phantasiam apologus. 15.246. b
Causa omnium Deus. 5. 61.3.a
Causæ, principia sunt 5. 61.3.a
Causarum diuisio. 5.61. quid efficiens formalis finalis, impropriè. 62.63. 64.pag.3.a
Causas omnium scire esse Dei solius. 1.15.b
Causarum diuisio alia à modis operādi. 5.64.65. 66.3.a
Circunstantię respōsuro quæ considerandæ accidentales. 3.7.1.a
Cogitatio mētis agitatio. 15.250.b
Cogitatio solius hominis 15.247.b
Cogitatio ebullitioni vini noui similis. 15.249.b
Cogitatio, est iudiciū superius. 2.4.1.a
Cogitationes malæ in triplici specie. 15.252.b
Cogitationes in exortu earum malæ cohibendæ 15.254.b
Cogitationes posteriores prudentiores. 15.250.b
Cognitionis diuinæ subdiuisio. 1.1.1.a
Sui cognitio, omnium rerum est cognitio. 1.12.b
Cognitio quid. 4.89.4.a
Cognitio diuina aut humana. 1.1.1.a
Cognitionis humanæ sub diuisio. 1.1.1.a
Cognitio diuina & naturalis, nō egent probatione sicut aliæ. 2.3.1.a
Homini expedit sui habere cognitionem. 1.12.b.
Cognitionis perficiendæ gradus. 2.3.4.5.1.a
Cognitionis duę species. 1.1.1.a

Cognitio

Cognitionem vel contrarium referentia. 4.91. & 92.li.4. a
Cognitionis diuisio. 5.89. 4.a
Cognitionis sensualis regulæ. 14.226.b
Cognitionis axiomata. 5. 93.4.a
Cõpositiones imperfectæ elementatorũ. 4.10.1.a
Conclusiones 18, quibus resolutiuè modum sciẽdi assequimur. 5.94.4.a
Cõclusiones quibus metaphysicã scientiã diffinitiuè, à toto, scilicet in partes incidẽdo, assequimur. 5.100.101.102. 103.104.4.a
Cõclusiones, quibus sciẽtia de natura cõpositiuè, progrediẽdo à parte in partẽ, iuxta executionẽ naturæ progredimur. 5. 97.98 99 & 100.4. a
Conclusiones quæ pertinent ad modũ ordinãdi resolutiuè doctrinã quãlibet, ad cuiusuis libri quæsitíve subiectum discernẽdũ. 5.95. & 96.4.a
Cõcordantiarũ & differẽtiarũ axiomata. 2. 53.3.a
Conscientia faciem mutat. 10.142.b
Conscientia pædagogus animi. 10.138.& seq.b
Conscientia iudex noster incorruptibilis. 10.138. 143.b
Tortor perpetuꝰ sceleris conscientia. 10.149.b
Conscientiæ tranquillitas testimonium optimum. 10.149.b
De contradictione & sub contrario. 3.55.3.a
Contrarietatem vel oppositionem refferentia. 3. 56.3.a
De contrario siue oppositio. 3.54.3.a
Contrariorum axiomata. 3.55.3.a
De quęstione cuius. 20. 46.2 a

D

DAemõ vnde reuelationes hauriat. 12.

190.b
Dæmones Dei opera imitantur vt decipiãt. 12. 202.b
Dæmones quomodo frigidos reddãt. 7.184.7.a
Dæmonum, in quæ potestas. 7.183.7.a
Dæmonum quorundam, qui sibi Dei cultũ vsurparũt, nomenclatura. 5. 178.& 179.a
Dęmonum distinctiones. 4.a 176. ad 178.7.a
Definitio quid. 9.29.2.a
Definitiones nominis, tres. 9.30.2.a
Axiomata definitionis. 9. 31.2.a
Definitionis optimæ notæ. 10.52.2.a
Demonstratio eius esse non potest cuius nõ est prius. 7.20.b
Dei distinctio ab idolis. 3.151.6.a
Dei imago in homine quæ. 5.67.68.b
Ad Dei opem potius quã dæmonum recurrendũ. 12.208.b
Dei nomina quædam. 2. 149. 6. a
Deus reuelabat vt plerũque per somnia. 12.199 & seq.b
Dei nomina alia quadriliter, cõposita, metaphorica. 2.150.6.a
Dei notio cognitionis fundamentum. 5.79.b
Dei ope omnia egent. 5. 87.b
Axiomata de Deo. 7.166. 6. a
Animæ & Dei in aliquibus similitudo. 15.119
Dei auxilium ante omnia inuocandũ dicturo. 3.6. 1. a
De Deo quomodo tractãdũ. 1.19.b
Deus vita. 5.85.& 86.b
Differẽtia tria facit. 12. 35.2.a
Differentiarũ & concordãtiarũ diuisio 2.49.3.a.
Differentiarũ & cõcordãtiarũ alij fontes. 2.52.3.a
Distinctio alia dæmonũ,

ex

ex operibus eorum. 6. 181.7.a
Differẽtiarum distinctio. 12.35.2.a
Differentiarũ & cõcordãtiarũ syntagma.2.52.3.a
De dilectione Dei & proximi. 6.160.6.a
Diuidẽdi modi.19.ca.16. 40. & 41.2.a
Diuina ob nostrã infirmitatem non possumus perfectè cõprehendere sine fide. 1.17.b
Diuina non esse curiosè indaganda. 1.16.b
De diuinis quaten⁹ disputamus. 1.26.b
Disputare de omnib⁹ suaue & possibile. 2.30.b
Distinctio rerũ alia à materia & forma. 5.12.13. 1.a
Diuisionis axiomata. 16. 42.2.a
Doctrinæ dicendi partes tres. 4.21.2.a
Duratio quid. 3.80.4.a
Durationem] referentia. 3.81.& 82.4.a
Durationis axiomata. 3. 83.4.a
Duration.diuisio.3.81.4.a

E

ECstasis. 12.164.b
Esse in alio quid dicitur viginti modis. 8. 27.28.29.2.a
Eunomi⁹ sophista ob verborum fastum vrbe pulsus. 2.37.b
Ex alio quot modis quid fiat. 17.42.2.a
Exemplaria rerum diuersa. 19.45.2.a
De exordio. 3.20.2.a

F

FAcies conscientię testis. 10.142.b
De fine. 7.68.2.a
Fines varij. 7.68.3.a
Synopsis eorum quæ finẽ continent. 7.68.3.a
Formæ diuisio. 5.14.1.a

G

GEnus quid.10.32.2.a
Genij boni & mali distinctio. 12.204.b
Gloria quid. 9.114.4.a
Gloriæ axiom. 9.116.4.a

Gloriæ distinctio. 9.114. 4.a
Gloriam veram vel inanē referentia. 9.115.4.a
Gradus quibus communiter perficitur cognitio. 13.209.& seq.b
Gradus rerum superior, Deus. 1.146.6.a
De gradu cognitionis primo qui obiectum habet 14.217.b
Gradus primus artis nostræ animam sine sordibus esse. 3.42.b
Gradus secūdus artis confusorum dispositio & coordinatio. 3.42.b
Gradus naturæ & perfectionis. 1.147.6.a
Graduum perfectionis epitome. 1.149.6.a

H

HAbitus axiomata. 9.140.5.a
Habitus, quid & vnde. 9. 139.5.a
Hierarchia vel ordo Angelorum secundum Hebræos & Christianos. 1. 171.172.173. 7. a.
Hominē odit & eius imaginē Pardalus. 12.191.b
Hominis duæ substantiæ, corporis & animæ. 5. 70.b
Hominis præstātia. 5. 67.
Dei imago, & eius compositio. a 68.ad 72.b
Hominis & mundi similitudo. 11.157.b
Homo ad agendum & intelligendū natus. 5.66.b
Homo creationis vltimū opus. 1. 11.b
Homo in medio scalæ rerum 15.277.b
Homo omnium rerū epitome. 1.11.b

I

IGnorātiæ mala. 9.135. 136.b
Imaginatio de rebus creatis. 15.243.b
Imaginatio tamen cū sensu participat. 15.244.b
Imaginatio & de rebus sine sensu mente comprehensis. 15.241.& seq.b
Imaginatio necessaria animalib

malibus potissimũ perfectis. 15.239.b
Imaginatio vel phantasia vnde oriatur. 15.241.b
Imaginatio quomodo differat ab intellectu & opinione. 15.245.b
Imaginatio sensus nõ est. 15.244.b
De incantationibus. 7. 184. & 185. 7. a
Indiuiduũ qd. 15.38.2. a
Indiuiduum quot modis accipiatur. 15.38.2.a
Cautio contra dęmonica insõnia. 12.181.182.b
Insomnia immitti à Deo reuelatione & à diabolo. 12.180.181 b.
Insomnia vera, & falsa. 12. 182. b
Insomniorum ratio quare suspecta. 12.191.b
Insomniorum reprobatio à iure diuino. 12.193.b
Instinctus. 5.91.4.a
Insufflatio Dei in animã viuentem hominis quæ. 5.73.b
In intellectu determinatio rationis. 2.5.1.a

L

Legis sacræ distinctio & volumina. 4.156. 157.6.a
Literarũ mirabilis inuentio & vtilitas. 6.113.b
Locus multipl. 6.13.3 5.a
Loci dimẽsiões. 6.134.5.a
In loco, quot modis quid possit esse. 6. 132. & 133.5. a
Luces tres cognitionis Hebræis. 15.184.185.& seq.b
Luxuria quãtum ingenio noceat. 6. a pag. 100. ad 105.b

M

Magia ab hęreticis inuocata. 12.191.b
Magia quibus abutatur 7. 186.& seq.a
Magia vetita. 7.182.7.a
Magiæ definitio & distinctio. 7.185.7.a
Magnitudinem referẽtia. 2. 78. 4. a
Magnitudo quid. 2.77.4.a
Magnitudinis axiomata. 2.79.

2.79.4.a
De maiori minori & æquali. 8.70.3.a
Maioris æqualis & minoris axiomata. 8.70.3.a
Malum odibile & bonum desiderabile natura. 5.84.b
Manus organum organorum. 15.257.b
Materia duplex, prima & secunda. 17.40.43.2.a
Materia substãtialis & accidentalis &c. 5.14.1.a
Materia prima & secũda quæ. 5.13.1.a
Media agẽdi & patiendi. 5.131.5.a
Media discendi. 12.161.162.b
Medij axiomata. 6.67.3.a
Synopsis eorum quæ medium referunt. 6.67.3.a
Membrorum numerus in homine. 5.70.b
Memoria. 2.5.a
De memoria. 15.293. & seq.b
Memoria nõ inest omnibus animalib⁹. 15.297.b
Memoria quare vltima inter gradus cognitionis 15.297. & seq. b
Quæ requiruntur ad probam memoriam. 15.299.& seq.b
Mens intellectus dicitur. 15.276.b
De mente plura. 15.274.b
Mentis & rei in multis similitudo. 15.278.
Mors duplex hominis. 5.90.b
Mors animę peccatum. 5.88.b

N

NAtura animalia docuit. 5.59.b
Naturalis hominum & animalium cognitio. 9.133.134.b
Natura rerum & animaliũ à Deo. 5.63.& 64.b
Neronis conscientiæ terriculamenta. 10.140.b
Nomina domini nostri IESV CHRISTI. 2.151.6.a
Nomina Spiritus sancti. 2.151.6.a

Nomina

Nomina substantiam rei referentia. 5.82.b
Nominis diductio. 2.50.3.a
Nominum appellatiuorũ impositio ex rerũ cognitione. 5.82.b
De præcepto nosse seipsum. 11.151.& seq.b
Rationes cur non eadem omnibus notitia. 6.96.97.b
Nudum se cognouit Adã & Eua, quare. 5.84.b
Numerationes Rabinorũ ad scientiam. 15.284.

O

OEnomanus oracula refellit Pythia. 12.205.b
Omne quod est vel substãtia vel accidens est. 4.8.1.a
Orationis habẽdæ partes. 4.21.2.a
Orationum genera tria. 4 22.2.a
Oratoris materia & perfectio benè non multũ dicere. 2.34.b
Organa sensuum. 2.4.1.a
Opinio quid. 15.245.b
Opinionem non scientiã esse in omnibus qui dixerint. 1.24.b

P

PArtitio, diuisio, enumeratio, quid. 16.39.2.a
De passione. 5.130.4.a
Passionis acceptiones. 5.130.& 131.5.a
Patiendi, agendi media. 5.131.5.a
Peccatũ homini ignorantiam peperit. 1.13.b
Peccatum visionẽ Dei & scientiã ademit Adamo. 5.90.91.b
Personę interrogãtes quo modo considerandæ responsuro. 3.6.& 7.1.a
Persuasio quid. 15.245.248.b
Perturbatio delinquentiũ vnde causam habeat. 10.147.b
De phantasia. 2.4.1.a
Phãtasiæ vis. 15.235.& seq.b

De

De positione,& eius acce ptione. 7.135.a
Positionis axiomata. 7. 136. 5. a
Positionis distinctio. 7. 135. 5. a
Positorum distinctio. 7. 136. 5. a
Potentia quid. 3.83.4.a
Potentia naturalis & acquisititia siue habitudo erudiendorum considerandа. 5. 52. b
Potentia præcedit actum. 4. 46. b
Potentiæ diuisio. 3.84.4.a
Potentiæ axiomata. 3.87. 88.4.a
Potentia, quomodo quis sciat. 4.47.b
Potentiæ rationalis quid. 4.50.b
Potentiam referentia. 3. 86.& 87.4.a
Præcauēda in disputatione. 3.6.1.a
de Præceptis diuinis. 6. 160. 161.162. 163.164. 165.6.a
de Præceptis aliis quàm decalogi.7.165.6.a
quæ in Prędicamēto nullo sint.1.119.5.a
Prædictiones per obseruationem animalium. 5. 56.b
nihil sine principio.4.57. 3.a
Principij axiomata.4.59. 3.a
Principium quid. 4.57. 3.a
Principium referentia. 4. 60.3.a
Principiorum distinctio. 4.57.& 58.3.a
Propheta videns dictus. 5.80.b.
Prophetari non facit beatos. 5.80.b
Prophetiæ & vaticinij distinctio. 12.178.b
De propositionum quantitate,qualitate, vero & falso. 3.54.3.a
Proprium quid.13.36.2.a
Proprium quatuor modis dicitur. 13.36.2.a
De quæstione propter quid. 21.47.2.a

Q

QVæstio quid. 5.22. 2.a
Quæstio quid, petit finitionem. 7.25.2.a
Quæstio finita & infinita. 4.22.2.a
Quæstio an sit reliquas præcedit. 6.24.2.a
Quęstio rerum, factorum dictorúmq; est. 5.22.& 23.2.a
Quæstionis de quo respõsio. 17.42.2.a
De quæstione quare. 22. 47.2.a
Quæstioni an sit quomodo satisfiat. 6.25.2.a
Quæstionum diuersitas vnde. 5.23.24.2.a
Qualitas quid. 11.140.5.a
Duplex quãdo. 8.137.5.a
Axiomata de quando & tempore. 8.138.5.a
Quãdo, dicit in tempore. 8.137.5.a
De quantitate. 2.120.5.a
Quantitatis axiomata. 2 123.5.a
Quantitatis distinctio. 2 120.& 121.5.a
De quæstione De quo, vel ex quo. 17.42.2.a
De quęstione quotuplex. 16.39.2.a

R

RAtio est consultatio. 2.5.1.a
Ratio rationem tollit. 1. 29. b
Ratio de omnibus reddẽda. 1.28.b
Ratio differre hominẽ facit à brutis. 15.256.b
Ratio maior minori præponitur. 15.262.263.b
Ratio bonum à malo distinguit. 15.255.b
cum Ratione omnia fieri debent. 15.260.261.b
Rationẽ reddere, propriũ hominis. 22.47.2.a
Rationes omniũ adferri aliquibus posse, aliquibus non videtur. 1.15.b
Rationis duplex vis. 15. 263. b
Rationis officia. 15.258.b
Ratiocinationẽ nõ admittũt sensib⁹ exposita, manifesta

nifesta à maiorib⁹ tradita. 15. 291. & diuina 292. & seq. b
Ratiocinari quãdiu oporteat. 13.210.b
Realis differentia & concordantia. 2.51.3.a
Regulæ ad insomnia vera distinguenda. 12.182. & seq. b
de Relatione vel ad aliquid. 3.123.5.a
Relationis axiomata. 3. 125. 5. a
Relationis distinctio. 3. 124. 125. 5.a
Relationum distinctio. 1. 48. 3. a
Respõsurus, interrogãtis & quęstionis primũ mẽtem teneat. 3.6.1.a
Reuelat Deus aliis modis quàm per insomnia, & quibus. 12.194.b
Reuelationes & per somnia fieri. 12.188.b

S

SAcramenta. 8.167. 168. 169. 6.a
Scala cognitiõis. 15.277.b
Sceleris sibi eõscij femper timent. 10.146.b
Quæ impediũt ne omnes eodẽ modo & eadẽ sciãt. 6.97.98.99.b
Scientia non est recordatio vitæ alteri⁹ actæ &c. 6.109.110.b
Sciẽtia & philosophia inanis in loquacitate garrula. 2.35.b
Scientia nobilitat. 9.127. 128.b
Scientia rectoribus & magistratibus quantũ necessaria. 11.158.b
Scientia nõ est in sensibus exterioribus constituẽda. 14.220.b
Sciẽtia in homine alia insita alia aduentitia. 6. 108.109.b
Scientię vtilitas. 8.124.b
Sciẽtiarũ diuisio. 5.90.4.a
Sciẽtiarum genus vnũ, vt aliarum rerum esse. 2.31. & 32.b
Scire est per causas cognoscere. 1.18.b
Scire omnes desiderant. 8.

8.a 120. ad 123. b
Sciri quicquam nõ posse qui affirmauerint. 1.23.b
Scit Deus omnia solus. 1. 22. b
Potentia alia secundũ alia præter naturam. 4.48.c
De quęstione secundum quid. 19.45.2. a
Sensus interior. 2.4.1.a
Sensus ab intellectu multum differt. 15.118.b
Differẽtia inter sensum & intellectum. 14.225.b
Sensus cõmunis sensuum exteriorum receptaculũ commune. 14.222.b
Sensus num fallaces in iudicio sint lõga & pulchra disputatio. 14.226. & seq. b
Decem Sephirot quibus Hebræi ad intellectum perueniunt. 15.283.b
Similitudo in mente, Dei & hominis. 5.79.b
In somno mortis similitudo. 12.175.176.b
Substantiæ axiomata. 4. 11. 1. a
In somno quies corporis ideo anima liberior. 12. 175. b
Speculi percurrendi methodus. 2.20.2.a
Speciei axioma. 11.35.2.a
Species quid. 11.33.2.a
Spiritꝰ Dei quod bene loquamur causa. 5.76.77.b
Speciei nominis acceptiones. 11.34.2.a
Speculi huius diuisio. 1. 16. 2. a
Speculum artis huius. 1. 15. 2. a
Substãtia rerum soli Deo sicuti est cognita. 14. 218. b
Substantia quid. 4.8.1.a
Substantiæ diuisio. 4.8.1.a
Susarion omnia sciens. 7. 118.b
De symbolo fidei. 5.158 & 159.6.a

T

TAntali voluptas. 6. 107.b
Tẽpus ex quo. 8.137.5.a
Temporum diuisio. 8. 137.&138.5.a

Theo

Theologia quid. 4.154.6.a
Theologia, in quib⁹ continetur. 4.156.6.a
Theologię diuiſio. 4.155.6.a
Theologiæ baſis, Deus. 4.155.6.a
Tres proprietates animæ quæ. 9.129.b

V

VAtes repente facti. 5.81.b
Axiomata De vbi. 6.134.5.a
Veritas quid. 8.111.4.a
Veritatem referentia. 8.112.4.a
Ad veritatem aſſequendã neceſſaria. 8.113.4.a
Veritatis diuiſio. 8.111.& 112.4.a
Veritatis axiomata. 8.114 4.a
Virtutem quæ referant. 7.116.4.a
Virtus quid. 7.108.4.a
Virtutis axiomata. 7.110.& 111.4.a
Virtutum diuiſio. 7.108.& 109.4.a
Viſionum diuiſio. 1.1.& 2.1.a
Viſus & aliorum ſenſuum vnde deceptio. 14.233.& ſeq.b
Vita hominis duplex. 5.88.b
Vita multiplex. 4.9.10.1.a
Vita ſatis longa ad artes diſcendas ſi eam illis nõ vanis demus. 3.41.b

Z

ZEuxidis & Parraſij in pictura deceptiones. 15.246.b

FINIS.

PETRI
GREGORII
THOL.

ALVENSLEBEN
Bc
363

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154151222-185143059-12/fragment/page=0327



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-185143059-12/fragment/page=0328



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154151222-185141059-12/fragment/page=0329



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-185143059-12/fragment/page=0330

COMMENTARIA IN PROLOGOMENA SYNTAXEΩN MIRABILIS ARTIS,

Per quam de omnibus disputatur habetúrque cognitio.

Authore P. Gregorio Tholosano, iuris ciuilis in academia Cadurcensi professore.

***

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-185143059-12/fragment/page=0331